GRAMMAIRE
PERSANE

Grammaire Persane

Institutiones ad Fundamenta Linguæ Persicæ

Auctore

Fridericus Wilken

Scribebat 1828
L. H. A. Jouy

Pars prima
de
Scriptura et pronunciatione Persarum.

Caput. 1.
De Consonantibus.

§. 1. Persae utuntur litterarum formis Arabicis, quas cum religionibus et institutis a victoribus accepere. Eas in libris poeticis exarant ductu faciliori et expeditiori ac satis eleganti, quae scribendi ratio a pendulo litterarum situ nomen accepit Thaalik تعليق (Scriptura pendula). In epistolis utuntur plerumque negligenti, implicata et inelegante Scriptura punctis consonantium diacriticis haud raro destituta, quam Chekesteh شكسته (fractam) appellant. Libri autem historici Scriptura vulgari Arabica, Neskhi نسخ appellata, satis eleganter ac perspicue scribi solent.

§ 2. Quum neminem facile fore putemus, qui

nulla Arabici Sermonis peritia instructum ad linguam Persicam discendam se accingat, omne apponere litteras supersedemus, atque tantum annotamus, quibusnam in rebus persarum pronunciatio ab Arabica differat.

Persae quotuor Arabum consonantes duplici ratione appellant. Scilicet ب, ج, ز et ك, vel uti Arabes, b, dj, z et k, vel p, tch, sch (sive potius uti francogallorum j, in jour, anglorum s, in pleasure), g, pronuntiant. Quod quum sit, illae litteras nonnunquam tribus punctis notant. پ, چ, ژ, گ; et quoniam has litteras non pro singularibus consonantibus habent, hoec puncta plerumque omittunt: itaque پرده perdeh velum چشم tchechm, oculus. غليواژ galivaj, accipiter, گاو gau bos, in libris manuscriptis plerumque scribuntur برده, جشم, غليواز, كاو.

خ apud Arabes simillimum Germanorum ch, a persis, appellari sono Italorum c, ante a, o, u; similis Chardin et Jones auctores sunt. خراسان Corasân, igitur persae pronuntiant et non chorazan. Quo fit, ut nonnunquam cum ك permutetur; ut خمان et كمان arcus.

Litterae ث, س et ص apud Arabes valde dissimiles a persis eodem plane sono s efferuntur. Itaque

عسر, عشر, عصر, eodem omnes modo pronunciantur: Asr.

ض et ظ idem fere sonus est, qui ذ Arabum, aut paulo fortior. حافظ, celeberrimi poetae Nomen, رضوان beneplacitum, pronuncianda sunt: hâfiz, Rizvan, ubi notandum est, z molliori francogallorum et anglorum ratione pronunciandum esse.

ذ et ز apud Persas ita conveniunt, ut saepe confundantur. Ita promiscue scribitur: گذشتن et گزشتن Guzechten transire, اذربيجان et ازربيجان Azerbedyan.

ع quod apud Arabes sono τοῦ n, gallorum in mon, rien, convenire dicunt, Persis nihil est nisi a paulo productum. عرب effertur Arab. غ paulo fortiori quam گ sono pronunciatur. غرجستان Gordgestan.

ق et ک saepe confunduntur. Itaque e. g. scribitur promiscue قهستان et کهستان.

ن ante ب pariter ut apud Arabes effertur ut m. دنبال dumbâl, cauda. کنبد Kumbed tholus, turris.

و inter خ et vocalem longam absorbetur. خوارزم quod Arabes Khowarezm appellant, a Persis enunciatur: Carizm. خواندن cânden legere, خواب

icab, domus. خويش kich ipse خويشاوند khishavend, consanguineus. ubi tamen duo ي concurrunt, exprimitur, ut خويدن cuiiden sudare. post alias literas semper auditur. جوان djuvan, juvenis.

8 In fine vocum saepe cum sequentis vocis ا in ي contrahitur: چيست pro چه است. بيست pro به است; كيست pro كه است etc.

Litterae ث, ح, ص, ض, ط, ظ, ع, ق, غ in vocibus vere persicis rarius quidem deprehenduntur, neque tamen (quod G. Jones opinatur) originem arabicam semper produnt.

Caput. II.

De Vocalibus Signisque orthographicis.

§ 1.

Longarum vocalium apud Persas signa sunt ا, و, ي. a, u, i. quibus iisdem ut consonantibus utuntur. امادن parare, اموختن docere, اميختن miscere. Pronunciantur, amahden, amukhten, amikhten.

Breves vocales a persis eadem, qua Arabes, utuntur ratione, notantur. بَ (زبر Zeber supra, apud Arabes fatha) be, بِ (زير Zير infra, apud

arabes Kesre) bi, بِ (پیش pich, ante, apud arabes damma) bu.

In Syllabis, quae in consonantes exeunt, Zeber appellatur e, quod in omnibus ergo verborum infinitivis دَن et تَن fit. Zir est i دِلسُوز dilsuz, quae cor urit (puella).

Vocum prima vocalis brevis, quam alia vocalis brevis sequitur, vulgo absorbetur. گِرِسْتَن ghristten, flere. گِرِفْتَن ghriften, capere.

Longae vocales saepe, imprimis a poetis propter metri rationem, corripiuntur in breves. Ita saepe pro راه, بُودَن, دیگر, scribitur: ره, بُدَن, دگر.

In libris manuscriptis breves vocales raro notantur, vocum appellatio igitur plerumque e lexicis petenda est. insignis autem in sermone persico pariter ac ceteris linguis, vocum iisdem consonantibus scriptarum in significatione est diversitas, pro diversis quibus efferuntur vocalibus. Ita كِشْتَن est Seminare, كُشْتَن occidere, رَفْتَن venire رُفْتَن verrere. پَر ala, پُر plenus.

§. 2. Reliqua, quibus persae utuntur, signa sunt. آ Medda, بْ Dyezm, ء hamza, بّ Techdid.

Teschdid et Dyezm Persae eadem, qua Arabes, ratione adhibent, nisi quod ubi duae consonantes vocalibus destitutae concurrunt, secundam solam dyezmo notant. E. g. بُرْدْ tulit. دَرْدْ sollicitudo.

Meddam, quâ ab arabibus insignitur ا ante ء quiescens (عظمآء) apud Persas ا habet in initio vocum, ad indicandum, hanc literam, quae sine medda ut a breve pronuncianda est, valere a longum. آمدن âmuden, venire, آن ân, ille. Contra اسپ equus, pronunciatur asp. nonnunquam etiam in media voce imponitur literis, quo indicatur, ا post illas elisum esse. ita آکهي pro آگاهي

Hamzam apud persas ا non peculiarem habet, sed etiam ه in fine vocum sibi vindicat, quo indicatur ه cum ي pronunciandum esse. جَامَهٔ مَن dyamehi men, vestis mea, چشمهٔ tschechmehi, unus fons,

In vocibus arabicis etiam persae litteras و et ي hamzâ insigniunt, qua indicatur, eas ex Elif hamzato ortas esse رؤس a رأس.

Caput III.
De Tono.

Hoc caput illis tractandum relinquimus, qui ab ipsis persis persicè legere et loqui didicerunt. Nos,

quibus Persarum pronunciatio aeque incognita est, ac veterum latinorum et Graecorum pronunciatio, nihil de tono praecipere possumus, nisi hoc unum, quod illi, qui Persiam viderunt, testantur, Persas plerumque ultimam vocum syllabam tono et accentu extollere.

Apponimus narratiunculam ex Boustan Saadi, quae exercitationi in legendo inserviat.

يَكِي رَا زِمُرْدَانِ رُوشَن ضَمِيرْ

اَمِيرِ خُتَنْ دَادْ طَاقِي حَرِيرْ

بَپُوشِيدْ وُبُوسِيدْ آنْجَا زَمِينْ

كَهْ بَرْ شَاهِ عَالَمْ هَزَارْ آفَرِينْ

زِشَادِي چُو گُلْبَرْگْ خَنْدَانْ شُكُفتْ

پَسْ آنْگَاهْ نَسْتَشْ بَبُوسِيد وُگُفت

ieki ra zimurdani ruchen zamir

Emiri cothen dad taki perir
bepuchid ubusid ahndja zemin
Kek ber chaki halem hezar ahferin
Zichadi tchu gulberk keudan chukuft
Pes ahngah destch bebousid uguft.

چه خوبست تشریف شاه ختن
وزان خوبتر زندهٔ خویشتن
گر آزادهٔ بر زمین خسب وبس
مکن بهر قالی زمین بوس کس

Tcheh cubest techrifi chahi Koten
ouzan cubther jeudehi kichten
Ger azadehi ber zemin Kesp ubes
meken behr gali zemin bousi Kes.

Uni ex prudentibus hominibus rex cotheni dedit vestem sericam. Qua indutus et terram osculatus est tanquam prae rege mille mundorum creatore. Prae laetitia pulchro effloruit instar folii rosae. deinceps manum regis osculatus; o quam pulchra est, inquit, regis cotheni veneratio, sed illa pulchrior mea vestis. si liber es, pede terram pulsa, neque propter vestem terram procullo osculare.

Pars Secunda.

De partibus Orationis. S. 1.

Sectio 1.

De Nomine Substantivo.

Caput 1.

De genere nominum substantivorum.

Persae genera nominum terminatione non distinguunt, neque alia admittunt eorum genera nisi quae ipsa creatura rebus, quas designant, tribuit. Itaque marium nomina sunt masculini, feminarum feminini, rerum neutrius generis.

In hominum autem et animalium nominibus vel cuivis sexui peculiare est nomen, ut پسر Pusr Puer, کنیزک Kenizek, puella. فرزند ferzend filius دختر dochter, filia. مرد, merd, vir. زن

seu femina, vel ubi commune utrique sexui nomen est, neque ex ipsa oratione genus nominis potest cognosci, نر ner ad masculinum, ماده madeh ad femininum genus designandum addunt, quæ etiam, ubi cum nomine plurali conjuncta sint, nullam subeunt mutationem. E. g. شیر chir, commune leonis et leænæ nomen est. شیر نر chir ner autem leonem شیران نر chiran ner leones, شیر ماده chir madeh leænam, شیران ماده chiran madeh leænas notat. apud Ferdusium

زگوهر همه طوق شیران نر

Leonum monilia erant gemmea

Neque ad exceptiones pertinet, quod in arabicis nominibus, quorum ingentem numerum Persæ assumsere, terminatione diversa diversum rei significatæ genus distingui solet, ة tamen feminino plerumque fere (non ubivis) in ت mutata. معشوق amicus, معشوقة f. seu معشوقت amica.

گل در بر و می بر کف و معشوقه بکامست

flores sunt in sinu, vinum in manu, amica in pectore.

Etenim hoc ad Arabum, non ad Persarum grammaticam pertinet.

Caput II.

De Declinatione.

Persicorum nominum declinatio simplicissima est.

§ 1.

De numero.

Numerum exprimunt duplex, singularis et pluralis. Duali Persae carent.

Numerus pluralis duplici ratione notatur. in rerum animantium, hominum scilicet et animalium, nominibus adjecta syllaba ان, in rerum vitâ destitutarum nominibus syllaba ها. e.g. مرد merd homo. مردان merdan homines. مرغ murg avis, مرغان murgan, aves. — دانشمند danuchmend, eruditus, دانشمندان danuchmendan eruditi; خوان kahn, mensa, خوانها mensae. روز ruz dies, روزها ruzaha dies. utraque ratio in hoc versu deprehenditur.

شب تاريك وبيم موج وكردابي چنين هايل
كجا دانند حال ما سبكباران ساحلها

Nox est obscura, undarum strepitus tremendus, abyssus terribilis; qui possunt scire nostram miseriam illi, qui levia gestant onera in littoribus.

Haud raro tamen istae terminationes promiscue et animantibus et inanimatibus tribuuntur. Sic a sukun سخن verbum, saepius reperitur سخنان quam سخنها, شتران cameli a شتر saepius quam شترها.

Eadem numeri indicandi ratio plerumque adhibetur etiam in nominibus ex arabico sermone allatis مؤرخ historicus مورخان historici نعمت beneficium, نعمتها beneficia.

Nonnunquam in nominibus Arabicis etiam pluralis quem arabum grammatici fractum appellant, servatur. قلعه arx habet قلعها & قلاع

Si nomen, quod in plurali ان asciscit, in singulari per ا terminatur, propter euphoniam ي ante ا assumitur; دانا sapiens دانايان sapientes, توانا potens توانايان potentes.

Eandem ob causam nomina in ه praevia vocali brevi exeuntia ante ان asciscunt گ, ه vel expresso vel omisso. بچه filius بچگان seu بچه‌گان filii.

Si autem ه vocalis longa antecedit, a vulgari pluralis terminatione non disceditur. بیگناه innocens بیگناهان innocentes. پادشاه rex, پادشاهان reges.

Nomina in ه exeuntia, quorum pluralis adjecta

syllaba ها formatur, ante illam plerumque ه suum amittunt. تازیانه lorum تازیانها lora. میوه fructus میوها.

Nonnunquam tamen ه servant nam reperitur میوه هاي.

In nonnullis libris persicis recentioribus, in vita Nadir Schahi, quam G. Jones gallice interpretatus est, pluralis saepe exit in ات, et ubi singularis per ه terminatur, in جات. نوازش blanditia نوازشات. قلعه arx قلعجات.

Omnes istae pluralium terminationes in nominibus compositis adjiciuntur extremae voci. sic شکرلب in plurali شکرلبان.

Nonnunquam persae etiam in suis nominibus fractum pluralis arabum formam imitantur. E.g. apud Daouletchaam in vita ferdusii legitur دهاقين pro دهاقانان et دهقان rusticus.

§ 2.

de Casibus.

Persae unum tantum exprimunt casum, adjecta syllaba را in utroque numero, quae idem notatur quod in latinâ linguâ duobus casibus, Dativo et accusativo, indicatur. itaque مرغ را s. مرغرا (a مرغ avis) designat avi et avem مرغان را s. مرغانرا avibus et aves. خال را seu خالرا (a خال) maculas (mouche

apud gallos) et maculam خالهارا maculis, maculas.

Hanc syllabam nonnisi ibi addunt, ubi res definitur (quod nos articulo definito dete exprimimus); omittunt autem, ubi in universum loquuntur. Itaque کنیزك را دیدم vidi puellam (hanc vel illam); libros emere ett تا خریدن, et Saadii in hoc versu ghulistanis.

هرکه تیر از حلقهٔ انکشتری
بکذارد خاتم اورا باشد

Quicumque sagittam per anuli foramen trajecerit, illi sit anulus.

Attamen etiam in definita oratione haud raro را omittitur, ut apud Saadium in ghulisthan,

اکر این بنده بخواهی کشت si hunc servum occidere cupis pro بنده را

Ubi plura nomina sive genitivo sive copula sive per appositionem conjuncta sunt, sive denique adjectivum substantivo additum, sola postrema nox habet syllabam را

En exempla regulam illustrantia.

hafiz. صبرکن حافظ بسختی روز و شب
تا بیابی منتهای کامرا

Patienter perfer o hafiz, curas diurnas et nocturnas, donec inveneris votorum expletionem.

Idem. گرچه بد ناميست نزد عاقلان
ما نمي خواهيم ننك ونامرا

Sit malo nobis apud sapientes fama, nos neque nomen neque gloriam quaerimus.

Saadi. ghulistan.

توانكري بخيل راپسري رنجور بود

avari cujusdam divitis filius aegrotabat.

Nonnunquam casus dativus et accusativus notatur praeposita nomini vocula را, cujus usus est auctori versionis librorum sacrorum à bibliis polyglottis Londinensibus vulgatae ad exprimendam hebraeorum particulam אֵת ut: در اول افريد خدا مرآن آسمان وآن زمين

Neque tamen etiam Persarum poetis ob sermonis et puritatem et elegantiam celeberrimis, Sadium dico et Ferdusium, infrequens est hujus particulae usus, cui etiam syllabam را adjungunt. Sadi. ghulistan.

يكي از امراء عرب مراورا صد دينار بخشيده بود

unus ex Emiris Arabicis centum denarios illi donaverat.

Idem in Kasideh quadam

مكن كه حيف بود دوست برخود آزردن
علي الخصوص مرين دوست راكه ثاني نيست.

Ne omitte, et amicum a te offensum dolere debeas,
imprimis illum, qui nemini secundus est.

ubi cum ابن مر in unam vocem est contractum, et in sexcentis aliis locis. ferdusi in satira in regem Mahmudum, cujus partem vulgavit Jones in history of the Persian language:

خرد نیست مر شاه محمود را
omnis liberalitatis expers est rex Mahmud.

Nonnunquam dativus praepositionibus با به ب seu et exprimitur. به او دادم seu باو دادم illi dedi. با او گفت dixit illi.

Genitivum casum plane ut hebraei, nomini nomina recto, sed in regente suo exprimunt, sonum i (quem اضافة Ezafet grammatici eorum appellant) nomini regenti addentes, quem recitando semper, scribendo rarius notant. itaque مهمان پیری بودم pronunciandum est mehmani piri budem, sui hospes senis cujusdam.

Ubi autem in scribendo hic sonus notatur, duplici fit ratione:

Adjecta ی in omnibus vocalibus quae non in ه cum vocali brevi exeunt, imprimis in illis, quae claudunter vocali. بوی مشک fragor musci a بو. idem igitur fit in pluralibus, quae per ها formantur.

میوهای آن درخت, *fructus illius arboris*, lege maiwehai ahn dircht.

seu ي sive ی in vocibus in ه cum vocali brevi terminantibus خانهٔ دوست من seu Kanei dusthi men, domus amici mei.

quae autem ante ه vocalem longam habent ad superiorem pertinent regulam پادشاه شهر Padischai chehr, rex urbis. کوه زمین Kuhi zemin mons regionis.

Genitivum persona nonnunquam exprimunt praepositione از. نامه از من meus liber.

eadem cum aliis quibusdam praepositionibus at به, بر, inservit ad significandum latinorum casum ablativum.

Vocativus casus plerumque exprimitur praeposita nomini conjunctione اي. اي پدر ai pader, ô pater.

a poetis vocativus singularis saepissime formatur ا nomini adjecto. جانا o anima apud Hafizium.

نصیحت گوش کن جانا که از جان دوستتر دارند

جوانان سعادتمند پند پیر دانارا

attende, o anima, ad admonitionem; etenim animâ carius habent juvenes ingenui consilium senis sapientis.

idem in alio carmine

بلبلا مردهٔ بهار بیار
خبر بد ببوم باز بگذار

Affer, o luscinia, veris nuncium; infaustos nuncios linque ululae.

En nominis Persici ad latinae grammaticae rationem flexi paradigmata;

سگ canis.

Sing.

N.	سگ	Canis
G.	سگ	Canis
D.	سگرا	Cani
A.	سگرا	Canem
V.	اي سگ	o Canis
	Poetice سگا	
A.	از (بر، به) سگ	Cane.

Plur.

N.	سگان	Canes
G.	سگان	Canum
D.	سگانرا	Canibus
A.	سگانرا	Canes
V.	اي سگان	ō Canes
A.	از (بر، به) سگان	Canibus.

فَرِسْتَادَه Legatus.

Singul.

N.	فرستاده	legatus
G.	فرستاده	legati
D.	فرستادهرا	legato
A.	فرستادهرا	legatum
V.	اي فرستاده	o legate
A.	از (به , بر) فرستاده	legato.

Plural.

N.	فرستادگان	legati
G.	فرستادگان	Legatorum
D.	فرستادگان را	legatis
A.	فرستادگانرا	legatos
V.	اي فرستادگان	o legati
A.	از (بر , به) فرستادگان	legatis.

11.

دَرْوَازْ Porta.

Sing.

N.	درواز	Porta
G.	درواز	Portæ.

D.	دروازرا	Portae
A	دروازرا	Portam
V.	اي درواز	o Porta.
- Poetice	دروازا	
A.	از (بر , به) درواز	Portâ.

Plural.

N.	دروازها	Portae.
G.	دروازها	Portarum
D.	دروازهارا	Portis
A.	دروازهارا	Portas
V.	اى دروازها	ô Portae
A.	از (بر , به) دروازها	Portis.

پُشْتَه collis.

Singul.

N.	پشته	Collis
G	پشته	Collis
D	پشته‌را	colli
A	پشته‌را	Collem
V.	اي پشته	o Collis
A.	از (بر , به) پشته	Colle.

Plural

N. پشتها Colles.
G. پشتها Collium
D. پشتهارا Collibus
A. پشتهارا Colles
V. اي پشتها o Colles
A. از (بر، به) پشتها Collibus.

Caput. III.

De Articulo.

Persarum sermoni invitatis tantummodo articulus, quem significat sono ي (quem ita usurpatum grammatici ي وحدة seu ي تنكير appellant) voci addito. hoc ي pariter atque ي genitivi in nominibus in ه cum antecedenti vocali brevi exeuntibus per ء seu ءِ, in caeteris omnibus adjecto ي notatur. Itaque verba: پادشاهي بكشتن بيكناهي فرمان داد accuratissime gallice redduntur un roi donna ordre de tuer un innocent. Similiter, كربهء seu كُربهٔ ازخانهٔ بيرون رفت: un chat sortit d'une maison. quibus in exemplis voces پادشاه , بيكناه , كربه et خانه articulo

autore deprehenduntur. Simili ratione in hoc versu.

رفتم بباغ صبحدمی تا چینم گلی
آمد بگوش ناگهم آواز بلبلی

Lorsque je vins un matin dans le jardin, pour cueillir une rose, soudain le chant d'un rossignol frappa mon oreille.

Articuli demonstrativi locum tenent pronomina آن ille, illa, illud, et این hic, haec, hoc.

Ubi autem neque his pronominibus, neque unitatis articulo nomina gaudent, oratio plerumque est indefinita, ut:

می خواه وگل فشان کن

demandez du vin et répandez des fleurs.
ubi notandum est, nomen indefinitae significationis semper in numero singulari poni.

Sectio II.

De Nomine Adjectivo.

Adjectiva, ubi cum substantivis junguntur, neque generis neque numeri subeunt mutationem; quoniam autem substantivis postponuntur, syllabam casualem را sibi vindicant. Itaque dicitur پیل بزرگ magnus elephas. G. پیل بزرگرا، پیلان بزرگ etiam کنیزک بزرگ، پیلان بزرگرا، بزرگ magna puella. Etc.

Nomen substantivum, cui adjectivum additur, in fine augetur sono ی, nonnunquam expresso, plerumque omisso. Itaque pronunciandum est. Pili buzurk, pilani buzurk, etc. ubi scribitur, eadem observatur lex, quae supra dicta est (S. I. C. II. § 2). Itaque legitur شخنهاي شيرين verba dulcia, چشمهٔ سبز seu fons frigidus.

Ubi autem substantivorum loco adhibentur adjectiva, eaedem plane, quas nomina vere substantiva, subeunt numeri et casus mutationes. بزرک magnus بزرکان magni (sc. homines) صاحبدل cordatus (homo) صاحبدلان cordati.

فرومانند پري رويان زآن عارض
خجل کشتند سمن بويان. زان کاکل

Virgines angelorum pulchritudinem referentes invidia exarserunt propter harum genarum splendorem, virgines Jasmini odorem diffundentes propter hos cincinnos.

Solis mutationibus, quae ex gradibus comparationis oriuntur, adjectiva sunt obnoxia; ita quidem, ut a positivo comparativus adjecto تر (ut apud graecos τερος) superlativus adjecto ترين formetur;

(*) به bonus, بهتر melior بهترين optimus.
کوچک parvus, کوچکتر minor, کوچکترين minimus.
خوب pulcher, خوبتر pulchrior خوبترين pulcherrimus.

(*) notandum est به etiam comparativum vim habere. Saadi. Gulisthan.
چون در آيد به از تويي در سخن si quis praestantior te sermonem exorditur.

Utraque terminatio in scribendo saepe ab adjectivo separatur

خوب ترين , خوب تـر

Ad designandam rerum comparatarum inferiorem Persae utuntur particulis از sive praefixo ز et که.

بياض روي تو روشنتر از رخ روز
سواد زلف تو تاربكتر ازظلمت داج

Candor faciei tuae splendidior genadiei; nigredo cincinnorum tuorum obscurior tenebris noctis.

ماه نيكوست ولي روي تو زيبترازوست
سرو دلجوست ولي قدّ تودلجوترازوست

Luna est splendida, verum tua facies est splendidior illa; Cypressus est jucunda aspectu, verum tuus habitus est jucundior illa.

Saadii, ghulis.

اگر روزي بدانش در فزودي
زنادان تنك روزيتر نبودي

Si aliquando scientia auctus fueris, inopior non erit insipido.

idem

صبر درويش بهكه بذل غني

Pauperis patientia praestat liberalitati divitis.

Sectio III.

De pronominibus.

§. 1.

Pronomina personalia.

Sing.

مَنْ ego. Dat. et Acc. مَرَا

تُو tu — — — — — تُرَا

او، اوي، وي ille — — — — — اورا

Plural.

مَا nos, Dat. et Accu — مارا

شُمَا vos — — — — شمارا

ايشان illi — — — — ايشانرا

Apud poetas pro شما saepe reperitur تان، تانرا, pro ايشان، شان، شانرا. Ferdusii.

هميرفتم وكوفتم مغزشان
تهي كردم از پيكر نغزشان

Veni atque fregi earum galeas, deformes reddidi earum facies.

Ea quae ab ا incipiant pronomina, ubi praepositio ب illis praefigitur, ad evitandum hiatum assumunt literam د; elito ا, بدو in illo, in illis بديشان. Haud raro tamen etiam legitur

بايشان ، بوي ، باوي .

Eadem pronomina etiam post alias praepositiones ا nonnunquam abjiciunt. درو in illo, دريشان in illis, ازو ab illo, ازيشان ab illis.

Pro او post praepositiones maxime adhibetur اوي et وي, ut in Ferdusii versu:

چون شاه جهاندار بنمود روي
زمينرا ببوسيد وسد پيش اوي

quum orbis terrarum rex faciem ostenderet
ille terram osculatus est et ad eum processit.

Utraque forma etiam sine praepositione usurpatur
وي از طوس است Is Tusi natus est.

(xxx) Casus obliqui pronominum personalium singularis numeri مرا ، ترا ، اورا, saepè exprimuntur appositis م ، ت ، ش, illi quidem voci, quam ex Syntaxeos legibus Accusativus vel Dativus sequi potest.

ita Hafiz

راهيست راه عشق كه هيچش كناره نيست

Via amoris est via, cui terminus non est.
ubi هيچش est pro هيچ اورا

idem.

بمي سجاده رنكين كن كرت پير مغان كويد

که سالک بیخبر نبود زراه ورسم منزلها

Stragulam precatoriam vino tinge; si jusserit te festivitatis magister; qui enim ita facit non ignarus est morum in hospitiis observandorum,

ubi کرت pro کرترا positum esse videmus.

idem.

خوشا شیراز ووضع بی مثالش (*)
خداوندانکه دار از زوالش

fausta apprecor chirazo atque incomparabili ejus terræ; o Deus serva illam a pernicie.

ubi زوالش est pro زوال اورا

Post voces in ا et و prævia vocali brevi desinentes inde fit ام , ات , اش ; quæ in ا desinunt, nonnunquam, in و exeuntes fere semper, interponunt ی

Secundæ personæ pronomen, ubi illud verbum است sequitur, plerumque cum illo contrahitur e.g. apud Mirchondum in vitâ Mamouni Chalifæ. فلانکس که دوست من وتست quidam, qui et meus et tuus amicus est, pro تو است

§. 2.

Pronomina Possessiva.

a Persis pronomina personalia etiam adhibentur ut possessiva; et ita quidem nomini adduntur, ut illud cum ی Ezafeth pronuncietur:

(*) a Persis pronomina personalia etiam adhibentur ut possessiva; et ita quidem nomini adduntur, ut illud cum ی Ezafeth pronuncietur:

دل من deli men. cor meum دلهاي ما corda nostra.
دل تو deli thaa. cor tuum. دلهاي شما corda vestra.
دل او deliou. cor suum دلهاي ايشان (ايشان) corda eorum.
نامهٔ من, نامهٔ تو, نامهٔ او, liber meus, tuus, suus. &c.

Possessiva singularis numeri exprimuntur etiam suffixis nomini ش, ت, م eadem lege, quae superiore (+++) dicta est. itaque

دلم cor meum. دلت cor tuum. دلش cor suum

خانهٔ ام domus mea, خانهٔ ات domus tua خانه اش domus sua.

مويم (a مو) crinis meus) مويت crinis tuus, مويش crinis suus.

Notandum est, nominum quibus haec suffixa sunt, casum obliquum syllaba را haud notari. hujus rei exemplum conspicitur in وضع بي مثالش est pro وضع بي مثل اورا dici non potest. مثالشرا.

§ 8.

Pronomina reciproca Persarum sunt.

خود sive خودش. cas. obli. خودرا
خوي seu خويش. seu خويشتن. خويشتنرا

quae ad omnes utriusque numeri personas pari jure pertinent.

itaque منخود ego ipse. توخود tu ipse, اوخود ille ipse. ماخود, nos ipsi. شماخود vos ipsi, ایشان خود, illi ipsi.

دانی چه گفت مرا آن بلبل سحری (*)
تو خود چه آدمی کز عشق بیخبری

Novistine quid mihi dixerit illa luscinia nocturna: « qualis tu es homo, inquit, qui amoris sis expers? »

ubi خود abundare videtur.

Eadem evadunt etiam possessiva, si junguntur cum nomine substantivo. itaque دل خود deli Khoud. st: meum tuum, suum ipsius, vestrum nostrum, eorum ipsius cor. خانهٔ خویشتن st: mea tua ipsius &c domus.

§ 4.

Pronomina demonstrativa.

این hic, haec, hoc, hi, hae, haec.
آن ille, illa, illud, illi, illae, illa.

Forma pronominum eadem est ratio, quae adjectivorum. ubi enim cum nomine substantivo junguntur, neque numeri neque casus experiuntur mutationem, این دل (آن);
این دلرا ; این دلها ; این دلهارا.

ubi autem sine substantivis ponuntur, tantum atque in illis, et solum numerus exprimitur.

Sing.

(*) ubi autem

این Cas. obli. اینرا
آن — — آنرا.

Plural.

اینان, اینها, Cas. obl. اینانرا. اینهارا.
آنان, آنها — — آنانرا. آنهارا.

Pronomina demonstrativa cum personalibus juncta et per Ezafeth pronunciata, formant pronomina possessiva absoluta آن من ani men. le mien. آن تو. ani tou, le tien. etc. آن خود ani Khoud, le propre.

Demonstrativa, ubi prepositio ب, praefigitur euphoniae causâ plerumque assumunt د, et این suum ا abjicit. بدین in hoc. بدان ik illo.
این etiam post ceteras prepositiones ا plerumque elidit. برین in hoc. ازین ab hoc.

این cum nomine suo in scribendo nonnunquam conjungitur اینزمان hoc tempore. id cum fit, non nunquam contrahitur in اِم, praesertim ante nomina, روز dies, شب nox, سال annus. امروز hodie. امشب hac nocte. امسال hoc anno.

تعالي الله چه دولت دارم امشب
که آمد ناگهان دلدارم امشب

o Deus, qua felicitate potitus sum hac nocte, amica enim mea praeter spem advenit hac nocte.

§ 5.

Pronomina relativa Persis sunt که keh, quod plerumque ad res animatas et چه tchek, quod ad inanimatas refertur. haec autem distinctio non ubique observatur.

utrumque, neque a numero, neque a genere nominis relati, ullam patitur mutationem; in casu autem obliquo ut substantiva adsciscunt را, ه plerumque extruso.

که qui, quae, quod. cas. obli. کرا.
چه - - - - - - - چرا

Plerumque tamen, ubi casus est exprimendus, additur pronomen personale, cui syllaba را appenditur, pariter ut ab hebraeis suo אשר et arabibus suo الذي

آن مردکه دیدم اورا
הגבר אשר ראיתי אתו
الانسان الذي رايته
homo quem vidi.

Saadi. ghulis. توآن نیستي که پدرمن ترا ازقید
فرتك بده دینار یاز خرید

Ane — ille, quem pater meus decem denariis ex vinculis ferthski redemit?

Nam ubi ad plurale nomen pertinet, plerumque sequitur pronomen personale.

Ferdusi.

سپاهي كه سكسار خوانند شان

Exercitum, quem Seksar appellant.

Nonnunquam post pronomen relativum personale plane abundat.

Attar eddin.

باشد ازوي دور هركو عاقلست

ab illo se removeat quicumque sapit, ubi
هركه او in كو contractum deprehenditur.

Ad Latinorum quicumque exprimendum adhibentur هر et (addito pronomine demonstrativo آن) هرآن quae vocis كه et چه praeponuntur.

هرانكه, هركه, quicumque, quaecumque.

هرانچه, هرچه. quodcumque.

§ 6.

Pronomina interrogativa.

Relativa كه et چه etiam interrogandi inserviunt. illa cum verbo است plerumque contrahuntur in كيست چيست quis, quae, quid est.

يا ربّ آن شاهوش ماه رخ زهره جبين

در يكتاي كه وكوهر يكدانه كيست

Bone deus, illa puella, cui sunt genae instar lunae, frons instar Veneris, unio preciosa, gemmae inaestimabilis, quaenam est?

Est tamen pronomen quod peculiariter interrogando inservit. كدام personis et rebus commune.

Saadi in قصايد

خدايرا بتو فضلي كه درجهان دارد
كدام شكر توان كفت درمقابل آن

quis deo dignas potest agere gratias pro iis, quae in hoc mundo in te confert, beneficiis?

ميخواره وسركشته ورنديم ونظرباز
وآنكس كه چنين نيست دراين شهر كدامست

Vini sumus amantes, temulenti, dissoluti, oculis inconstantibus; sed quisnam in hac urbe est ab hoc crimine immunis?

Ad pronomina interrogativa referri possunt particulas interrogativas. چرا (cas. obl. چه) cur; كجا (كه جا), كو, ubi.

Sectio IV
De Verbo.
Caput 1
Canones Generales.

Omnium verborum apud Persas infinitivus, quem temporum Verbi fontem, مصدر grammatici appellant, terminatur vel in يدن vel in دن vel in تن, unde nascuntur tres flexionis rationes, رسيدن advenire, نكاريدن fugere. زدن percutere, خواندن legere. شُكُفتن florere. رَفتن venire.

Verum autem temporum fons est tertia praeteriti infiniti persona, pariter ut apud Hebraeos, Arabes, Syros &c.

Caveant ea cum apocopata infinitivi forma, quae ن rejicit, post verbum auxiliare خواهيدن ut خواهم رسيد venturus sum, et verba impersonalia adhiberi solita.

Verborum alia sunt activa seu transitiva, alia neutra seu intransitiva. Haud paucis verbis et transitiva et intransitiva significatio simul competit, quarum utra valeat, ex solo orationis contextu cognoscitur. خَستن vulnerare et vulnerari. آمادن seu آمودن parare et parari. گُشادن aperire et aperiri,

شستن lavare et lavari et apud Ferdusium.

که زنگی به شستن نگردد سپید
aethiops lavando non fit albus
et alia multa.

Auxiliaria verba Persis sunt بودن esse ad formanda activi tempora composita; شدن fieri ad formandum Passivum; et خواهیدن (μελλειν) cupere, ad formanda futura composita.

Flexioni omnium temporum norma est flexio verbi substantivi:

Sing.				Plur.	
1	ام (ειμι)	Sum	1	ایم	sumus
2	اي (εις)	es	2	اید	estis
3	است (εστι)	est.	3	اند	sunt.

Nisi quod in tertia singulari persona pro ست et د exceptis eorum verborum, quorum infinitivus per تن formatur, praeteritis ت habentibus, ut شکفت floruit, a شکفتن, رفت venit, a رفتن

Idem verbum substantivum cum substantivis et adjectivis in scribendo plerumque conjungitur;

Sing.

پیرم pro پیرام — Senex sum.
پیری — پیراي — Senex es.
پیرست — پیراست — Senex est.

Plura.

پیریم seu پیرایم Senex sumus
پیرید — پیراید Senex estis
پیرند — پیراند Senex sunt.

Etiam cum pronominibus personalibus pari ratione:
منم ego sum. توئی tu es, اوست seu ویست ille est.
ماییم nos sumus, شمایید vos estis, ایشانند illi sunt.

Caput – II.

De Verbi Persici temporibus et Modis.

§ 1.

Quum omne quod fit, agitur, geritur, possit cogitari et ut inchoatum et ut absolutum et ut futurum, triplex inde exsistit verborum (sive actionum quas indicant) tempus. Praesens seu instans, praeteritum & futurum. Horum temporum porro duplex est ratio. Sunt enim finitiva seu infinitiva (χρονοι αοριστοι). Scilicet res potest esse praesens vel sine ulla relatione ad rem aliquam sive praecedentem, sive subsequentem, sive praeteritam, unde exsistit praesens infinitum, ut: Avarus, nisi cum moritur, nil recte facit. vel in relatione ad rem alteram sive praecedentem sive praeteritam sive subsequentem, unde nascitur triplex praesens finitum, Praesens verbi infecti, seu continuativum, praesens verbi perfecti seu

completivum, praesens verbi futuri seu inceptivum.
Similiter praeteritum et futurum. Inde existunt
duodecim verbi tempora, tria infinita, novem finita.

Habet autem lingua cum aliis omnibus hoc
commune, quod non omnia haec tempora peculiaribus
verbi formis notet, sed alias habeat verbi formas
finitis et infinitis temporibus communes, alias
verborum auxiliarium ope formet. Ea verbi perfecti
tempora ad regulas modo traditas tabulâ comprehensa
et cum verbi graeci, latini temporibus comparata.

Caput. 2.

Tabula dicta supra
folio verso.

Verbi.

	Infiniti	imperfecti	Perfecti	Futuri.
Praesens.	(مي) پرسم ἐρωτῶ interrogo.	(مي) پرسم ἐρωτῶ (τυγχάνω ἐρωτῶν) interrogo.	پرسيده ام ἠρώτηκα interrogavi	خواهم پرسيد μέλλω ἐρωτᾶν. interrogaturus sum.
Praeteritum	پرسيدم ἠρώτησα interrogavi	ميپرسيدم ἠρώτων. interrogabam	پرسيده بودم ἠρωτήκειν interrogaveram.	خواهيدم پرسيد ἔμελλον ἐρωτᾶν interrogaturus eram
Futurum	بپرسم ἐρωτήσω interrogabo.	بپرسم ἐρωτήσω interrogabo.	پرسيده باشم ἠρωτηκὼς ἔσομαι interrogavero.	بخواهم پرسيد μελλήσω ἐρωτᾶν. interrogaturus ero.

Patet ex hoc schemate modos quatuor verbis esse: Indicativus seu declarativus, subjunctivus, potentialis seu optativus unius tantum temporis, et imperativus. Praeterea infinitivus et participia praesentis et praeteriti temporis.

§ 2.

Temporum & Modorum formatio.

A tertia praeteriti infiniti persona, quam supra omnium temporum fontem esse diximus, tempora simplicia ita derivantur.

Praeteritum Infinitum ab illa formatur assumtis personarum terminationibus. à سيه venit, fit سيهم veni, شكفت floruit, شكفتم florui.

In tertia persona singularis saepe د additur سيهد venit شكفتد floruit. etiam ب nonnunquam praefigitur, quod significationem non immutat, et euphoniae tantum inservire videtur, ut بناليد, بناليدم. lamentatus sum, etc.

Pag. 3.

a praeterito infinito fit.

Praeteritum imperfectum, praeposito مي seu همي ميرسيدم veniebam. in tertia persona et singulari et pluralis etiam sine مي addito tantum

رسیدی، رسیدندی، رسیدی. veniebat, veniebant.

In tertia singularis persona etiam reperitur additum ه. میشکفته. florebat.

Tempus optativum apposito ی quod tamen in secunda singularis persona abjicitur. رسیدمی venirem. شکفتمی florerem.

Participium praeteriti assumto ه, رسیده، شکفته, quod idem et activae et passivae significationis est, ut پرسیده interrogatus.
ab illo formatur.

Praesens perfectum indicativi, assumto verbo substantivo رسیده ام, veni, شکفته ام, florui.

Etiam huic tempori nonnunquam می et همی praeponuntur, sed sine ulla, ut videtur, sensus mutatione. میگفته اند dixerunt, quod saepe occurrit in imprimis Daulatschahi historia poetarum, nec non apud Mirchondum in historia Samanidarum.

Praeteritum perfectum subjunctivi, assumto praesenti subjunctivi verbi auxiliaris بودن. رسیده باشم, venerim.

Praeteritum perfectum, assumto praeterito infinito verbi بودن, رسیده بودم, veneram.

Futurum Perfectum assumto futuro Verb. بودن ; باشم رسیده, venero.

Omnia passiva tempora, assumtis verbi auxil. شدن temporibus. پرسیده میشوم, interrogor. &c.

Imperativus, in verbis regularibus abjecto ید ; د , ت ; et رس veni. a نالیدن , نالید lamentatus est, fit نال lamentare. a بردن , برد tulit, fit بر fer. a کشتن , کشت occidit, fit کش occide. Plerumque imperativo praefigitur ب برس veni. بنال lamentare. &c.

In imperativo et iis, quae ab illo derivantur temporibus sola est verborum irregularium ανομαλια. Quare, ubi imperativum agnoveris, facillime caetera irregularis verbi tempora formabis.

Ab Imperativo formantur.

Praesens et Indicativi et Conjunctivi, assumtis personarum terminationibus; ubi tamen notandum est, Praesens indicativi plerumque می seu همی Praefixum habere, neque tamen semper, رسم et میرسم venio, رسم veniam.

Ab illo derivatur.

Futurum infectum praefixo ب برسم, veniam quod ب haud raro omittitur.

Participium praesentis, triplici quidem ratione, assumto ا . رسا veniens نالا lamentans.

In nominibus compositis hoc ا abjicitur, adeo ut hoc participium apocopatum imperativo plane simile fiat, ut گیتی افروز ho mundum inflammans. — پیغمبر افروزا legatur pro پیغمبرا. nonnunquam etiam hac apocopata forma simpliciter occurrit, ut apud Djelal eddin Rumi in versu, quem infra in sectione de interjectionibus citabimus.

assumto ان رسان veniens. نالان lamentans
assumto نده رسنده veniens نالنده lamentans.

ad verbi futuri praesens, praeteritum et futurum formandum adhibentur verbi خواستن seu خواهیدن velle. tempus praesens, praeteritum infinitum vel futurum, cum infinitivo apocopato conjunctum, quod ex paradigmate intelligi licet.

§ 3.

Paradigmata Verborum auxiliarium.

باش بو . Imp. sei . بودن

Praeteritum definitum et Infectum.

Indicatif. Sing.		Subjunctif. Sing.	
ام em sum	بوم Bouweum fui	باشم Bachem	Sim
اي ï es	بوی Bouwi f.	باشي –	Sis
است est, est.	بود Bouwedes f.	باشد –	Sit
Plural.		Plural.	
ايم ihm sumus	بويم bouwim f.	باشيم –	Simus
ايد ihd estis	بويد bouwid f.	باشيد –	Sitis
اند end sunt.	بوند bouweud f.	باشند –	Sint.

aliud Praesens indicat. a verbo هستم derivatum

Tertium praesens indicativi. (x)

هستم hetthem sum		ميباشم	sum
هستى — es		ميباشى	es
هست — est.		ميباشد	est
هستيم — sumus		ميباشيم	sumus
هستيد — estis		ميباشيد	estis
هستند — sunt.		ميباشند	sunt.

Est, ubi negatio نه accedit, plerumque effertur نيست non est).
item هستم cum negatione contrahitur in نيستم , نيستى non sum. non es. &c.

(x) hoc praesens, quod raro deprehenditur, eamque ob causam a prioribus grammaticis omissum est, bis occurrit in Mirkhondi historia. كه بدرث حاكم نيسابورست ودر آنجا كوزهاي خوب ميباشد چرا نميغرستد

A poetis Radicem Subjunctivi بود ، بوی ، بوم illi, maxime tertiae personae singularis haud raro indicative usurpatur, ita Hafez.

ترك تركان خطا نبود صواب

non decet relinquere formosas puellas chataicas.

alius poeta

آن بلا نبود كه از بالا بود

haec aerumna non est, quae a superis venit.

Praeter. Perfectum.

Indicat.		Subjunct.	
بوده ام	boudeh em fui.	بوده باشم	fuerim
بوده اى	بوده s. fuisti.	بوده باشى	fueris
بوده است	fuit.	بوده باشد	fuerit
بوده ايم	fuimus	بوده باشيم	fuerimus
بوده ايد	fuitis	بوده باشيد	fueritis
بوده اند	fuerunt.	بوده باشند	fuerint.

Radix Verbi futuri.

Indicat.

خواهم بود	khahem boud.	futurus sum
خواهى بود		futurus es.
خواهد بود		futurus est.
خواهيم بود		futuri sumus
خواهيد بود		futuri estis
خواهند بود		futuri sunt.

Praeteritum Verbi Infiniti.

Indicat.

بودم	boudem	fui
بودي	boudi	fuisti,
بود	boud (بوده boudeh)	fuit,
بوديم	boudim	fuimus
بوديد	boudid	fuistis
بودند	boudend.	fuerunt.

Praeteritum Verbi Infecti

Indicat.

مي بودم	mi boudem (همي)	eram
ميبودي (همي)		eras
ميبوده بودي (همي) ميبوده	}	erat.
ميبوديم (همي)		eramus
ميبوديد (همي)		Eratis.
ميبودند (همي) ميبودندي	}	Erant.

Praeteritum Verbi Perfecti.

بوده بودم	fueram
بوده بودي	fueras.
بوده بود	fuerat.
بوده بوديم	fueramus
بوده بوديد	fueratis
بوده بودند	fuerant.

Praeteritum Verbi perfecti Futuri.

خواهیدم بود	Kahidem bud.	futurus eram
خواهیدی بود		futurus eras
خواهید بود		futurus erat
خواهیدیم بود		futuri eramus
خواهیدید بود		futuri eratis
خواهیدند بود		futuri erant.

Futurum Verbi infiniti et perfecti.

باشم	Ero
باشي	Eris
باشد	Erit
باشیم	Erimus
باشید	Eritis
باشند	Erunt.

Futurum Verbi Perfecti.

بوده باشم	Fuero
بوده باشي	Fueris
بوده باشد	Fuerit
بوده باشیم	Fuerimus
بوده باشید	Fueritis
بوده باشند	Fuerunt.

Futurum verbi Futuri.

Sing. خواهم (نخواهم) بود, futurus ero.

Plur. خواهيم بود, futuri erimus.

 Vide. Radicem verbi, futuri.

Optativum tempus.

بودمي	Essem
بودي	Esses
بودي	Esset.
بوديمي	Essemus
بوديدي	Essetis.
بودندي	Essent.

Imperativus.

بو Seu باش es

باشد } esto.
باد

باشيم Simus

باشيد este

باشند Sunto.

Infinitivus.

Praesen. بودن apoc. بود esse. praet. بوده بودن fuisse.

Fut. خواهيدن بود futurum esse.

Participia.

Praes. باشا ens. Praet. بوده qui fuit.

شدن fieri imp. شو.

Ad formanda passivi tempora.

Praesens verbi infecti et Infiniti.

Indicat.			Subjunct.		
میشوم	michouwem	fio	شوم	chouwem	fiam
میشوی	michouwi	fis	شوی		fias
میشود	michouwed	fit.	شود		fiat.
میشویم	michouwim	fimus	شویم		fiamus
میشوید	michouwid	fitis	شوید		fiatis
میشوند	michouwend.	fiunt.	شوند		fiant

Praesens verbi Perfecti.

indicat. شده ام factus sum &c — Suby. شده باشم factus ~~sim~~ sim &c.

Praesens verbi futuri.

خواهم شد futurum sum. &c.

Praeteritum verbi infiniti.

شدم	chodem	factus sum
شدی	chodi	factus es
شد (شده)	chod.	factus est
شدیم	chodim	facti sumus
شدید	chodid.	facti estis
شدند	chodend.	facti sunt.

Praeteritum verbi infecti.

میشدم fiebam میشدیم fiebamus. &c.

vide Praete. infinit.

Præteritum verbi Perfecti.

شده بودم factus fueram &c.

Præteritum verbi futuri.

خواهیدم شد futurus eram &c.

Futurum verbi affecti et futuri.

non est in usu et pro eo خواهم شد adhiberi solet.

Futurum verbi perfecti.

شده باشم factus fuero &c.

Futurum verbi futuri.

خواهم (نخواهم) شد futurus ero.

Optativum tempus.

شدمي shodemi. fierem

شدي shodi fieres

شدي shodi. fieret

شديمي shodimi. fieremus

شديدي shodidi. fieretis

شدندي shodendi fierent.

Imperativus.

شو es

شود sit.

شويم simus

شويد estote.

شوند sunto.

Infinitivus

Praes. شدن fieri Praet. شده بودن factum esse.

Participia.

Praes. شوا fiens. Praet. شده factus.

Paradigma Verbi Regularis
in یدن

پُرسیدن aor. پرسید interrogare. imp. پرس

Activum.

Praesens Verbi definiti et infecti

Indicativus

میپرسم	miparsem	Interrogo.
میپرسی	miparsi	Interrogas
میپرسد	miparsed	Interrogat.
میپرسیم	miparsim	Interrogamus
میپرسید	miparsid	Interrogatis
میپرسند	miparsend.	Interrogant.

Subjunct.

پرسم	Parsem	interrogem (interrogarem)
پرسی	Parsi	interroges (interrogares)
پرسد	Parsed	interroget. (interrogaret)
پرسیم	Parsim	Interrogemus (interrogaremus)
پرسید	Parsid	Interrogetis (Interrogaretis)
پرسند	Parsend.	Interrogent (interrogarent).

Praesens Verbi Perfecti.

Indicat.

پرسیده ام Pursideh em, interrogavi. &c.

Subjonct.

پرسیده باشم Pursidem bachem. interrogaverim. &c.

Praesens Verbi futuri.

خواهم پرسید — interrogaturus sum &c.

Praeteritum Verbi infiniti.

پرسیدم Pursidem Interrogavi
پرسیدی Pursidi Interrogavisti.
پرسید Pursid } Interrogavit
پرسیده Pursideh }
پرسیدیم Pursidim Interrogavimus
پرسیدید Pursided Interrogavistis.
پرسیدند Pursidend. Interrogaverunt.

Praeteritum Verbi infecti.

میپرسیدم interrogabam
میپرسیدی Interrogabas
میپرسید } Interrogabat.
میپرسیدی }
میپرسیدیم (1) Interrogabamus.
میپرسیدید Interrogabatis.
میپرسیدند } Interrogabant.
پرسیدندی }

(1) Lege میپرسیدیم

Praeteritum Verbi perfecti

پرسیده بودم interrogaveram &c.

Praeteritum Verbi futuri.

خواهیدم پرسید Kahidem persid. interrogaturus eram &c.

Futurum Verbi infiniti et Imperfecti.

بپرسم beporsem interrogabo.
بپرسي interrogabis
بپرسد interrogabit,
بپرسیم Interrogabimus
بپرسید Interrogabitis
بپرسند Interrogabunt.

Futurum Verbi Perfecti.

پرسیده باشم interrogavero &c.

Futurum Verbi futuri

نخواهم پرسید interrogaturus ero.

Optativum tempus.

پرسیدمي Pursidemi. interrogarem
پرسیدی interrogares
پرسیدي interrogaret.
پرسیدیمي interrogaremus
پرسیدیدي interrogaretis,
پرسیدندي interrogarent.

Imperativus.

بپرس پرس Pars & bapurs interroga.
پرسد interrogato.
پرسیم Interrogemus.
پرسید Interrogate.
پرسند Interrogato.

Infinitivus.

Praes. پرسیدن interrogare. Praet. پرسیدن بودن interrogasse.

Participia.

Praes. پرسان pursan, پرسا (apoc. پرس) et پرسنده pursendeh, interrogans. Praeteritum.
پرسیده Percunctatus.

Passivum.

Praesens verbi, aifiniti et imperfecti.

Ind. پرسیده می شوم interrogor. &c.
Sub. پرسیده شوم interroger.

Praesens Verbi perfecti.

Indicat. پرسیده شده ام interrogatus sum
Subjunct. پرسیده شده باشم interrogatus sim &c.

Praesens Verbi futuri.

پرسیده خواهم شد Interrogandus fuero &c.

Praeteritum Verbi infiniti.

پرسیده شدم interrogatus sum. etc.

Praeteritum Verbi infecti.

پرسیده میشدم interrogabar. etc.

Praeteritum Verbi Perfecti.

پرسیده شده بودم interrogatus eram. etc.

Praeteritum Verbi futuri.

پرسیده خواهیدم شد interrogandus eram. etc.

Futurum Verbi infiniti et infecti.

non extra extat et pro illo praesens verbi futuri adhiberi solet.

Futurum Verbi Perfecti.

پرسیده شده باشم interrogatus fuero. etc.

Futurum Verbi futuri.

پرسیده خواهم شد interrogandus ero.

Optativum Tempus.

پرسیده شدمي interrogarer etc.

Imperativus.

پرسیده شو interrogare

پرسیده شود interrogator.

پرسیده شویم interrogemur

پرسیده شوید Interrogamini

پرسیده شوند Interrogantor.

Infinitivus.

Praes. پرسیده شودن interrogari. Praeterit. پرسیده شده بودن interrogatum esse.

Participia.

Praes. پرسیده شوا qui interrogatur. Praet. پرسیده شده interrogatus.

Paradigma Verbi Regularis in

— دن

بُردن ferre. aor. برد. imperat. بر

Activum

Praesens verbi infiniti et Infecti.

Indicat.			Subjunct.		
میبرم	miberem	fero	برم	berem.	feram. (ferrem)
میبری	Miberi	fers	بری	feras.	(ferres)
میبرد	Miberd	fert.	برد	ferat.	(ferret)
میبریم	Miberim	ferimus	بریم	feramus.	(ferremus)
میبرید	miberid	fertis	برید	feratis	(ferretis)
میبرند	miberend.	ferunt	برند	ferant.	(ferrent)

Praesens Verbi Perfecti

Indicat.		Subjunct.
بردە ام berdeh em. tuli. &c.		بردە باشم tulerim &c.

Praesens Verbi futuri.

خواهم برد khahem berd laturus sum.

Praeteritum Verbi infiniti.

بردم berdem. Tuli.
بردي — tulisti.
برد } Tulit
بردە }
برديم Tulimus
برديد Tulistis
بردند Tulerunt.

Praeteritum Verbi infecti.

ميبردم ferebam
ميبردي ferebas
ميبرد } ferebat
بردی }
ميبرديم ferebamus
ميبرديد ferebatis
ميبردند } ferebant.
برندي }

Praeteritum Verbi perfecti.

بردە بودم Tuleram. &c.

Praeteritum Verbi futuri.

خواهیدم برد laturus eram &c.

Futurum Verbi imperfecti et indefiniti.

ببرم Feram. Feram
ببری feres
ببرد feret.
ببریم feremus
ببرید feretis
ببرند ferent.

Futurum Verbi Perfecti.

بردە باشم Tulero. &c.

Futurum Verbi futuri.

خواهم برد laturus ero. &c.

Tempus Optativum.

بردمي ferrem
بردي ferres
بردي ferret
برديمي ferremus
برديدي ferretis
بردندي ferrent.

Imperativus.

بَبَر & بِبَر fer.

بَرَد. ferto

بَريم. feramus

بَريد. ferte

بَرَند. ferunto.

Infinitivus.

Praesens بُردن ferre. Praet. بُرده بودن tulisse.

Participia.

Praes. بَران, بَرا, (apoc. بَر) بَرَنده. ferens. Praeterit. بُرده qui tulit.

Passivum.

Praesens verbi infiniti et infecti.

Indi. بُرده ميشوم. feror. &ca.

Subju. بُرده شوم. ferar, (ferer). &ca.

Praesens verbi perfecti.

Judicat. بُرده شده ام latus sum &ca.

Subju. بُرده شده باشم latus sim &ca.

Praesens verbi futuri.

بُرده خواهم شد. ferendus sum. &ca.

Praeteritum verbi infiniti.

بُرده شدم. latus sum. &ca.

Praeteritum verbi imperfecti

بردە میشدم Ferebar. &c.

Praeteritum verbi perfecti.

بردە شدە بودم latus eram &c.

Praeteritum verbi futuri.

بردە خواهیدم شد ferendus eram.

Futurum verbi infiniti et infecti.

Non est in usu, et pro illo praesens verbi futuri solet adhiberi. Futurum verbi perfecti.

بردە شدە باشم latus fuero. &c.

Futurum verbi futuri.

بردە خواهم شد ferendus ero. &c.

Tempus optativum.

بردە شدمی — ferrer — &c.

Imperativus.

بردە شو ferre	بردە شویم	feramur
بردە شود fertor.	بردە شوید	ferimini
	بردە شوند	feruntor.

Infinitivus.

Praesens. بردە شدن ferri. Praet. بردە شدە بودن latum esse.

Participia.

Praes. بردە شوا qui fertur; Praet. بردە شدە. latus.

Paradigma Verbi Regularis in

— تن

کشتن apoc. کشت. occidere. imp. کش

Activum

Praesens Verbi infiniti et Imperf.

Indicativum

میکشم mikechem occido
میکشی mikechi occidis
میکشد mikeched occidit
میکشیم mikechim occidimus
میکشید mikechid occiditis
میکشند mikechend. occidunt.

Subjunct.

کشم . occidam (occiderem)
کشی occidas (occideres)
کشد occidat. (occideret)
کشیم occidamus (occideremus)
کشید occidatis (occideretis)
کشند occidant. (occiderent).

Praes. Verbi perfecti

Indicat. کشته ام kechteh em (occidi etc.)
Subjunct. کشته باشم occiderim etc.

Praesens Verbi futuri

خواهم كشته ام Occisurus sum.

Praeteritum Verbi Infiniti.

كشتم	Keehtim	Occidi
كشتى	Keehti	Occidisti
كشت	Keeht	Occidit
كشته	Keehteh	Occidit
كشتيم	Keehtim	Occidimus
كشتيد	Keehthid	Occidistis
كشتند	Keehthend.	Occiderunt.

Praeteritum verbi Infecti.

ميكشتم	Occidebam
ميكشتى	Occidebas
ميكشت / كشتى	occidebat.
ميكشتيم	Occidebamus
ميكشتيد	Occidebatis
ميكشتند / كشتندى	occidebant.

Praeteritum Verbi perfecti.

كشته بودم occideram Kla.

Praeteritum Verbi futuri.

خواهيدم كشت Occisurus eram Kla.

Futurum verbi infiniti et Infecti

بكشم bekechem occidam

بكشى occides

بكشد occidet

بكشيم occidemus

بكشيد occidetis

بكشند occident.

Futurum verbi perfecti &c.

كشته باشم occidero.

Futurum verbi futuri

بخواهم كشت occisurus ero &a.

Optativum Tempus.

كشتمى occiderem

كشتى occideres

كشتى occideret

كشتيمى occideremus

كشتيدى occideretis

كشتندى occiderent.

Imperativus

كش Kech بكش bekech occide

كشد occidito.

كشيم occidamus

كشيد occidite

كشند occidunto.

Infinitivus

Praesens

کشتن Occidere

Praeteritum

کشته بودن occidisse.

Participia.

Praesens.

کشان, کشا, (apoc. کش) et کشنده, occidens

Praeteritum.

کشته qui occidit.

Passivum.

Praesens Verbi infiniti et Infecti.

Indicat. می کشته شوم occidor. &c.

Subj. کشته شوم occidar. &c.

Praesens verbi Perfecti

Indicat. کشته شده ام occisus sum.

Subj. کشته شده باشم occisus sim &c.

Praesens Verbi futuri.

کشته خواهم شد occidendus sum.

Praeteritum Verbi Infiniti.

کشته شدم occisus sum &c.

Praeteritum Verbi Infecti.

کشته میشدم occidebar. &c. —

Postentum Verbi Perfecti

کشته شده بودم occisus eram

Postentum Verbi futuri.

کشته خواهیدم شد occidendus eram.

Futurum Verbi Infecti et Infiniti.

Non est in usu, et pro illo praesens Verbi futuri solet adhiberi.

Futurum Verbi Perfecti.

کشته شده باشم occisus fuero &c.

Futurum Verbi futuri.

کشته خواهم شد occidendus Ero.

Tempus optativum.

کشته شدمی occiderer &c.

Imperativus.

کشته شو Occidere
کشته شود Occiditor
کشته شویم Occidamur
کشته شوید Occidimini
کشته شوند Occiduntor.

Infinitivus

Praes. کشته شدن occidi. Praet. کشته شده بودن occisum esse.

Participia.

Praes. کشته شوا qui occiditur. Praet. کشته شده occisus.

Annotationes ad Paradigmata.

Praesens indicativum verbi infecti et infiniti quum مى et همى, quo a praesenti subjunctivo distinguitur haud raro abjiciat, praesertim ubi infinite adhibetur

چو افتاب مي از مشرق پياله بر آيد
زباغ عارض ساقى هزار لاله بر آيد

Sole vini ex oriente poculi oriente, ex horto genae pocillatoris mille lilia oriuntur.

Iis, quae impersonaliter adhibentur:
شايد decet, بايد oportet, fere numquam praeponuntur.

همى et مى in scribendo saepe a verbo disjunguntur itaque scribitur
مى نوشتم et همى نوشتم, scribo.

Eadem a poetis tempori, ad quod pertinet nonnumquam postponuntur. Ita Ferdusi

كه داندكه بلبل چه كويد همى

quis scit, quid luscinia loquatur?

Repetitur nonnumquam praeter مى et همى etiam ب praesenti verbi infecti et infiniti additum, quod ab exemplo vide:

66)

بیا لیز بلبل بنالد همی
گل از ناله بیالد همی
شب تیره بلبل بخندد همی
گل از باد و باران ببندد همی

In horto Luscinia modulate queritur, Rosa ob questum ejus expergiscitur. Nocte tenebrosa subridet Luscinia, Rosa vento et Pluvia arcte ligatur.

Futurum saepissime suo praefixo ب caret, post praefixum negativum ن fere semper.
Praefixum بِ ante Verba, quorum prima littera vel cum Fatha seu Zeber, vel Kesrah, seu Zir, pronunciatur, effertur per Zir. ante illa autem, quorum prima littera damma seu Pisch habet, per damma. Itaque pronunciandum est, bupursem; bekechem

In Verbis compositis particula می et مي et praefixum ب inter verbum et Vocem, quacum compositum est, suum locum habet; à پر کردن complere: پر می کنم, پر میکنی, پر میکند complere, ita.

دریافتن Intelligere.

درمیابم، درمیبای، درمیابد Intelligo.

A positivis Verbis formantur Negativa ope particulae negativae نَ non, quae plerumque abjecto ب verbi praefigitur. نمیپرسم seu نپرسیده ام non interrogo. نمیپرسم non interrogavi,

ندانم ازچه سبب رنگ اشتای نیست
سهی قدان سیه چشم ماه سیمارا

Nescio quam ob causam color amoris negatus est puellis cypressi staturam oculos nigros habentibus, vultu lunae splendidis.

In imperativo pro نَ adhibetur مَ (fortasse ex نَ nun cum بَ imperativi ortum) مَکُن ne fac مپرس ne interroga, quod nonnunquam in scribendo separatur مَه کن، من پرس،

درد عشقی کشیده ام که مپرس
زهر هجری چشیده ام که مپرس

Amoris expertus sum curas, noli quaerere, a quanam; venenum absentiae hausi, noli interrogare, a quanam.

Verba ab ا incipientia post ب praefixum, nec

non post ن et م negativum interponunt ی.
بیاندیشم ، اندیشیدن cogitare beiandichem
میاندیش ، نیاندیشم ، بیاندیش

ساقیا ساغر شراب بیار
یکدو ساغر شراب ناب بیار

Pocillator, affer vini poculum; affer unum vel duo vini pocula.

گو شمع میارید درین جمع که امشب
در مجلس ما ماه رخ دوست تمامست
در مجلس ما عطر میامیز که جانرا
هردم ز سر زلف تو خوش بوی مشامست

Dic: ne ferte stragula in hoc convivium; hac enim nocte luna genæ amicæ meæ plena luce fulget; nolite in nostro convivio miscere fragores, nos enim odor, qui exit ex ejus cincinnis, satis lætitia offundit.

De temporum verbi perfici significatione et usu.

Quum in cujusvis linguæ grammatica nihil sit difficilius quam temporum usum recte et accurate definire, idem maxime in illis linguis difficultatibus impeditum est, cujus scriptores non certis et constantibus regulis adstringuntur. In hanc culpam sic

qui unquam, dicunt auctores persici; adeo ut quum altero exemplo tolli viderem regulam, quam ex altero constitueram, omnem spem abjecerim legem aliquam deprehendendi, quam persae sequuntur. Quod credo causa fuit illis, qui grammaticam persicam conscripserunt, ne Guilelmo Jones quidem excepto, temporum usum prorsus omittendi. Quae ego observavi, profero.

Tempora verbi infiniti.

Praes. in hujus temporis usu nihil a ceteris linguis Serbarum sermo differt; nec novum est quod idem et praesenti verbi infecti inserviat. in sententiis frequenter infinite adhibetur.

Praeteritum infinitum. – quod recte historicum tempus appellaveris, maxime inservit narrationi, ibi nempe, ubi absolute sine respectu ad actionem aliquam sive praesentem, sive praeteritam, sive futuram narratur, qua in re convenit cum Graecorum ἀορίστοις et francogallorum Parfait historique. Neque tamen ita arcte, quam illorum temporum, ejus usus regulis adstrictus est, quare saepe praeteritum infinitum a Serbis adhibetur, ubi Graeci et francogalli sua tempora historica non admittunt. Appono aliquot exempla, quae simul ostendunt, quam bene apud Serbos praeteritum infinitum a praeterito verbi infecti distinguatur.

Mirchondi.

غلامان که انتظار فرصت مینمودند بخرگاه
پادشاه در امده اورا شربت فنا چشانیدند

Servi, qui omnem opportunitatem dispiciebant,
cubiculum principis ingressi, venenum lethiferum
ipsi propinarunt.

Ferdusi

چو رفتم بنزدیک ایوان فراز
سرش باستاره همیگفت راز

Eo tempore, quo ad sublimem regiam perveni,
caput ejus cum stellis arcana inibat consilia.

Sic in exemplis etiam strictior aliarum aliquarum
usus flagitat proeteritum historicum. Jam vide
diversa exempla.

Ferduti

...... آنکه روشن بهار
ندید ونه بیند چنین شهریار

Tam splendidum verem neque vidit (εωρακε)
neque (unquam) videbit rex (aliquis).

Dschami Beharistan.

گاوی بر گلهٔ خود سالار بود ودر میان

گاوان بقوت سرو نامدار

Quidem Taurus in grege suo erat (گاو, Stier, وار turk) princeps et inter alios etiam Tauros corporum robore eminebat.

Quibus in exemplis alii Sermones ut Graecum Francogallum et Germanum perhiberent tempus Verbi Perfecti.

Futurum infinitum Cantec et Pr[illegible] infinitum in Sententiis universalibus maxime adhibetur. huc referendum est exemplum quod a Jones ex Nakhshebi طوطی نامه citatur:

هرکه درکارها کند جهدی
عاقبت برمراد خود برسد

Quicunque studiose rebus suis incumbit, tandem finem propositum assequetur.

Tempora Verbi infecti.

In Praesentis infecti usu nihil Persarum Sermo a ceteris linguis differt.

ای باد صبا بگذر آنجا که تو میدانی
واحوال دلم به گو پیدا که تو میدانی

O Zephire, transi locum quem novisti, manifesta animi mei conditia quae novisti.

زین خوش رقم که بر گل رخسار میکشی
خط بر صحیفهٔ گل گلزار میکشی

Pulchra lineola, quam impressisti rosam genarum tuarum, lineam imprimis superficiei rosae roseti.

بعیش کوش که تا چشم میزنی برهم خزان
همیرسد و نو بهار می گذرد

Vita fruere, nam dum oculos comprimit, autumnus accedit recensque ver aufugit.

Praeteritum verbi infiniti adhibetur, ubi debetur actio continuata, dum alias vel alios perdurabant, vel saepius repetita, plane ut apud latinos, Graecosque aliosque tempus, quod appellant imperfectum, (imparfait). Vide hujus temporis quaedam exempla supra, ubi de praeterito infinito dictum est.

In pedestri oratione imprimis solemne est tertiae personae et singularis et pluralis numeri ی tantum subjungere omisso praefixo می

بطرب ونشاط مشغول بودندی ونغمهٔ از
زبان چنگ وچغانه استماع نبودندی

Occupati erant deliciis et hilaritate, neque vocis cytharae et cymbali eos capiebat satietas.

Futuri verbi infecti usus ita frequens atque ita omnis difficultatis est expers, ut exempla apponere supersedere possimus.

Tempora Verbi Perfecti.

Praesens verbi perfecti pariter ut apud Graecos, latinos aliosque adhibetur, ubi describitur actio vel conditio perfecta, dum altera inficitur sive incipitur; Ita id, quo oratio claudi solet, dixi, significat; jam absolvi dicere meum, sequitur alia actio.

Praeteritum autem verbi perfecti ubi describitur actio sive conditio perfecta, quando incepta est alia actio pariter perfecta.

Utriusque temporis appono exemplum ex Dschami Beharistan desumtum.

طاوس بزاغ گفت این موزهٔ سرخ که در
پای تست لایق اطلس زرکشی و دیبای
منقش منست همانا که در آن وقت که از شب
تاریک عدم بروشن وجوده آمده ایم در پوشیدن
موزه غلط کرده ام موزهٔ کیمخت سیاه ترا
پوشیده ام وتو موزهٔ ادیم سرخ مرا زاغ گفت
حال بر خلاف اینست اگر خطایی رفته

است در پوششهای دیگر رفته است.......
کشفی سر بجیب مراقبه فرو برده بون وآن
مجادله ومقاوله را میشنود سر برآورد

Pavo corvo dixit: ocreae rubrae, quas in pedibus geris, conveniunt vesti meae sericae, auro intertextae, acu pictae; verum eo tempore, quo e nocte obscura non existentiae ad claram lucem existentiae venimus (nous sommes venus) ego admisi (j'ai commis) errorem in induendis ocreis etenim indui (j'ai mis) nigras tuas ocreas, tu meas ocreas rubras induisti (tu as mis). Immo vero, respondit corvus, aliter prorsus sese res habet. Si error admissus est (est commis) in vestimentis ceteris admissus est....... Testudo quae caput ~~tuum~~ in sinum contemplationis demiserat (avait baissé) dum hanc rixam et contentionem audiebat, caput extulit ... kta.

Futurum verbi perfecti adhibetur, pariter ut Latinorum futurum exactum, de actione futura tum perfecta, quum alia incipietur.

Tempora verbi futuri.

Praesentis significatio et apud ceteros populos

ita apud Persas nihil fere a Praesenti verbi defecti significatione differt.

Hafiz.

نفس باد صبا مشک فشان خواهد شد
عالم پیر دگر باره جوان خواهد شد

halitus Zephyri Muscum effusurus est, mundus senex ad juventutem rediturus est.

Praeterito verbi futuri rarius utuntur Persae, nec succurrit exemplum in auctoribus Persicis. Quilibet sine exemplo, qualis sit hujus temporis usus et significatio, facile intelliget.

Futuri verbi futuri usus est pariter atque ceteri sermonibus rarissimus est, neque ego inveni exemplum quod apponere possim.

Tempus Praesens verbi defecti Subjunctivum conjunctiones که, تا sequitur; latinus autem usus est quam praesens Subjunctivum latinorum Graecorum aliorumque. etenim et Praesens et Praeteritum tempus sequitur. Itaque etiam imperfecti Subjunctivi Latinorum vim habet. En exemplum a Jones ex vita Nadir Schahi citatum:

بر دانایان رموز آگاهی ودقیقه یابان
حکمتهای آلهی واضح وجلی است که
در هر عهد واوان که اوضاع جهان مختلف
وپریشان وچرخ ستمگر بکام ستمکیشان
گردد خداوند یگانه که مدبر این
کارخانه ومقلب اوضاع زمانه است از
فیض بی منتهای خود سعادتمندیرا مؤید
ودر عرصهٔ گیتی مبسوط الید کند که
بمراهم مراحم ورافت بالتیام جراحات
قلوب ستمدیدگان پردازد ومذاق تمنای
تلخکامان زهر حوادث را بشهد عدالت
شیرین سازد.

Inter viros intelligentes et expertos constat, quod omni tempore, quo mundi res turbatae erant, atque sors favebat malignis, Deus gubernator hujus rei domesticae et rector temporum ex infinita benignitate, elegerit fortunatum quemdam et fortem et expertum virum, qui emplastris beneficiorum sanaret vulnera cordibus miserorum inflicta et amarum potum veneni infortuniorum melle justitiae suavem redderet.

Etiam optative hoc tempus usurpatur:

جان نیز اگر فرستم آنجا
آن تحفه مختصر چه باشد

Si ipsam etiam animam meam illuc *mitterem*
quam vile donum illa *foret*.

Nonnunquam huic tempori ب praefigitur, quod
sensum non mutat: Dschami.

روباهی را گفتند که هیچ توانی که صد
دینار بستانی و پیغامی بسگان ده رسانی

Vulpem interrogarunt, num ita audax sit ut
accipias centum denarios et *feras* nuncium
ad canes vici.

Temporis praeteriti verbi perfecti subjunctivi
exemplum, quod optime ejus usum illustrat,
occurit apud Mirchondem.

حکم کرد تا هر زیادتی که در ایام گذشته
ستده باشد در اینده مجری دارند

Jussit, ut illud quod diebus praeteritis nimium
ab illis *acceperit*, in futurum restitutum
haberent.

Temporis optativi appono exempla quae optime

ejus usum et significationem illustrant. Ferdusi

شبي در برت گر بر آسودمی
سر فخر بر اسمان سودمی

Quodsi possem quiescere unam noctem in sinu tuo, gloriabundus caput usque ad coelum possem extollere.

Hafiz).

آن طره که هر جعدش صد نافه چین ارزد
خوش بودی اگر بویش از خوشخوی بودی

Illi cincinno, cujus singuli capilli crispi valent centum saccos musco chinensi impletos utinam praeclarus esset odor propter naturae bonitatem.

Etiam huic tempori nonnumquam praefigitur ب, quo ejus significatio non mutatur.

گر بدانستمی که فرقت تو
اینچنین صعب باشد و داسوز
از تو دوری نجستمی یکدم
وز تو غایب نبودی یکروز

Si novissem, tua praesentia carere, ita esse durum et animum affligens, ne unum temporis momentum a te discessissem, neque unum diem a te abfuissem.

Infinitivum etiam a Persis haud raro tanquam Substantivum adhiberi, monitu vix eget. Dschami.

بردن حسد از حال کسان طور خرد نیست

Invidere alterius cujuscunque sorti, prudentis non est.

Etiam pronomina adduntur. پرسیدنم interrogare meum, tuum et sic porro. پرسیدنت

Caput III

De Verbis Irregularibus sive defectivis.

Omnia verba, quae irregularia apud Persas esse dicuntur, proprie sunt defectiva. id est, ea, quae ab imperativo derivantur tempora, ab alio verbo mutuantur, quam ea, quae a tertia Praeteriti infiniti persona immediate procedunt. Ita pleraque Verba, quorum infinitivus exit in ودن adsciscunt imperativum verbum in ایدن quae ex eadem radice nata sunt. ita فرمودن Jubere, assumit imper. فرمایید ه فرمای. Verba in ختن usurpant impera. Verborum in زیدن et sic porro. Multa horum Verborum, quorum Imperativi assumuntur, nondum in desuetudinem abiere. Sunt autem septem maxime Verborum defectivorum genera, scilicet Verba in ودن, فتن, ختن, شتن, ستن

یدن, et ادن. Praeter ea pauca verba in دن simplex exeuntia.

Jones, qui omnia verba, quorum infinitivi in دن (sine praevio ی) et تن terminantur, inter irregularia commode annumerat, opinatur, olim omnes infinitivos in دن exiisse, et terminationem تن demum receptam esse, quum arabum loquela sermonem persarum antiquo suo nitore privasset. Quae opinio an admittenda sit, hoc loco non expono.

Itaque verba irregularia, in hac distinximus classes:

1°. Verba irregularia in ودن quae imperativum variis in ایدن abscindunt.

		Imperati.	Praesent.
ازمودن	Experiri, éprouver	ازمای	ازمایم
آسودن	Quiescere, se reposer	آسای	آسایم
افزودن	Increscere, croître	افزای	افزایم
فزودن		فزای	فزایم
الودن	Turpem reddere	الای	الایم
اندودن	Inunge, oindre	اندای	اندایم
پالودن	Colare. cultiver	پالای	پالایم

پیمودن	Metiri, mesurer (estimer)	پیمای	پیمایم
زدودن	Polire, embellir	زدای	زدایم
ستودن	Laudare, louer	ستای	ستایم
سودن	Palpare, palper	سای	سایم
فرمودن	Jubere, ordonner	فرمای	فرمایم
نمودن	Ostendere. montrer	نمای	نمایم

11. Verba irregularia in فتن

Quae imperativum formant a verbis in بدن et بیدن

		Imp.	Prat.
آشوفتن آشفتن	Turbare, troubler	آشوب	آشوبم
تافتن	Incendere, allumer	تاب	تابم
سفتن	Terebrare. perforare (percer)	سنب	سنبم
شتافتن	Festinare se hater	شتاب	شتابم
شکفتن	Florere, fleurir	شکیب	شکیبم
فریفتن	Decipere, [tr] omper	فریب	فریبم
کوفتن	Jacere, être couché	کوب	کوبم
نهفتن	Abscondere, cacher	نهبن	نهبنم
یافتن	Invenire, trouver	یاب	یابم

Quae imp. formant a verbis in ودن et ویدن

رفتن	Venire venir	رویدن a رو	روم
شنفتن	Audire entendre	شنودن a شنو	شنوم

		Imp.	Pres.
کافتن	Fodere, fouir, creuser	کاو	کاوم
گفتن	Loqui, parler	گو & گوی گوییدن ه	گویم

Quae impera. formant a verbis in یدن

پذیرفتن	Accipere, recevoir	پذیر	پذیرم
گرفتن	Capere, prendre, recevoir	گیر	گیرم

III. Irregularia verba in ختن

Quae impera. formant a verbis in سیدن, زیدن, شیدن.

		Imp.	Pres.
افراختن	Extollere, élever	افراز	افرازم
افروختن	Incendere, embraser	افروز	افروزم
اموختن	Discere, dire	اموز	اموزم
امیختن	Miscere, mélanger	امیز	امیزم
انداختن	Jacere, être couché	انداز	اندازم
انکیختن	Excitare, exciter	انکیز	انکیزم
اویختن	Pendere, payer	اویز	اویزم
باختن	Ludere, jouer	باز	بازم
پرداختن	Perpolire, perfectionner	پرداز	پردازم
پرهیختن	Docere, instruire	پرهیز	پرهیزم
پختن	Coquere, digérer, cuire	پز	پزم
بیختن	Cribrare	بیز	بیزم

		Imp.	Praes.
پیختن	Capere, prendre	پیز	پیزم
تاختن	Contorquere, tourner	تاز	تازم
توختن	Colligere, lier, unir	توز	توزم
دوختن	Consuere, coudre	دوز	دوزم
ریختن	Fundere, fondre	ریز	ریزم
ساختن	Conficere, achever, faire	ساز	سازم
سپوختن	Pungere, percer, piquer	سپوز	سپوزم
سوختن	Comburere, bruler	سوز	سوزم
شناختن	Intelligere, comprendre	شناس	شناسم
فروختن	Vendere, vendre	فروش	فروشم
گداختن	Liquescere, se fondre	گداز	گدازم
گریختن	Fugere, s'enfuir	گریز	گریزم
نواختن	Blandiri, caresser	نواز	نوازم

Quae a diversis verbis imperativum formant.

کسیختن	Rumpere.	کسیل	کسیلم

IV. Verba irregularia in شتن

Quae imperativum formant a verbis in یدن

انباشتن	Implere, emplir	انبار	انبارم
انکاشتن	Cogitare, penser	انکار	انکارم
اوباشتن	Deglutire, avaler	اوبار	اوبارم
برداشتن	Extollere, auferre, élever	بردار	بردارم

		Imp.	Praes.
پنداشتن	Opinari, estimer, penser	پندار	پندارم
داشتن	Tenere, tenir	دار	دارم
گذاشتن	Linquere, laisser	گذار	گذارم
گذشتن	Transire passer outre	گذر	گذرم
گماشتن	Amittere envoyer, perdre	گمار	گمارم

quae a dicendis Verbis impera. assumunt.

ستاشتن	Capere	ستان	ستانم
سرشتن	Miscere, meler	سریش	سریشم
نیشتن / نوشتن	Scribere, ecrire	نویش	نویشم

V. irregularia in ستن

Quae Verbis in یدن seu ایدن Impera. sumunt.

اجستن	Plantare planter	اج	اجم
اراستن	Ornare orner	ارای	آرایم
بایستن	Oportere falloir	بای	بایم
پیراستن	Exornare orner	پیرای	پیرایم
توانستن	Posse, pouvoir	توان	توانم
جستن	Quaerere, chercher	جوی	جویم
دانستن	Scire, savoir	دان	دانم
رستن	Crescere. croitre	روی	رویم

		Imp.	Pres.
زیستن	Vivere	زی	زیم
شستن	lavare, creuser	شوی	شویم
شایستن	decere	شای	شایم
گریستن	flere	گری	گریم
مانستن	Similem esse	مان	مانم
نگرستن	Pingere.	نگر	نگرم
	quae à Verbis in هیدن imperativum derivant		
جستن	Salire	جه	جهم
رستن	liberari	ره	رهم
خواستن	Cupere	خواه	خواهم
کاستن	Diminuere.	کاه	کاهم
	a diversis Verbis Imperativum mutuantia.		
برنشستن	ascendere	برنشین	برنشینم
بستن	Ligare. بند a (بندیدن)		بندم
پیوستن	Jungere. jungi	پیوند	پیوندم
خاستن	Surgere	خیز	خیزم
شکستن	Frangere, briser	شکن	شکنم
نشاستن	assidere, [illegible]	نشان	نشانم
نشستن	Considere, s'asseoir	نشین	نشینم
گسستن	Frangere, rumpere	گسیل	گسیلم

VI. Irregularia in یدن

		Imp.	Praes.
افریدن	Creare	افرین	افرینم
چیدن	Colligere	چین	چینم
دیدن	Videre	بین	بینم
گزیدن	Eligere	گزین	گزینم

VII. Irregularia in ادن

quae imperat. a Verbis in ایدن sumunt.

زادن	Nasci	زای	زایم
گادن	Coire cum muliere	گای	گایم
گشادن	Aperiri	گشای	گشایم

Quae imperativum a verbis in یدن formant.

افتادن	Cadere tomber	افت	افتم
ایستادن	Stare	ایست	ایستم
فرستادن	Mittere	فرست	فرستم
نهادن	Ponere.	نه	نهم

Quae a diversis Verbis imperat. formant.

امادن	Parare	آماز	آمازم
دادن	Dare	ده	دهم

VIII. Irregularia in دن a diversis Verbis Imperativum formantia.

		Imp.	Rad. 87
آمدن	Venire	آی	آیم
بودن	Esse	باش	باشم
زدن	Caedere	زن	زنم
ستدن	Capere	ستان	ستانم
شنیدن	Audire	شنو	شنوم
کردن	Facere	کن	کنم
کندن	Fodere	کند	کندم
مردن	Mori.	میر	میرم

Caput. IV.

De Verbis Impersonalibus.

Impersonalia pervarum Verba, quae maxime frequenter Occurrunt, sunt tria illa. باید oportet à بایستن derivatum. شلید decet a شایستن, تواند seu توان possibile est, a توانستن seu توانیدن. Habent hoc peculiare, quod semper apocopata infiniti forma ea sequatur, ut — ترا باید رسید oportet te venire.

Poeta in historia Kazwini citatus.

روزکار نامه کردار شماست
برآنجا کردار نیکو باید کماشت

Vita vestra itinerarium est, in quod oportet nonnisi bonas actiones recipi.

Hafiz

بسعی خود نتوان برد گوهر مقصود
خیال تست که این کار بیحواله برآید

Gemmam votorum propriis viribus non licet consequi, opinio tua falsa est, eam sine auxilio impetrari posse.

Praeter ea etiam Verbum Substantivum بودن. Impersonaliter usurpatur, ut in hoc versu.

آن به که زصبر رخ نتابم
باشد که مراد دل بیابم

Praestat, ut a patientia genam non avertam, fieri (enim) potest, ut inveniam quod animus meus desiderat.

Sectio V
De Adverbiis

Ad grammaticam proprie non pertinet adverbia (quae recte et minus recte hoc nomine insigniuntur) enumerare, sed docere, quonam modo illa formentur. Itaque de adverbiis potius agendum in parte Etymologica. Tironum tamen gratia ea apponimus adverbia, quorum usus imprimis frequens est. Notandum autem est, omnia fere adjectiva adverbiorum significationem usurpare.

I. adverbia loci.

کجا ubi

آنجا
آنسو } huc

اینجا
اینسو } hic

هرکجا که ubicumque

درون
اندرون } intus.

بالا Supra

زیر، فرو، فرود، Subtus.

II. adverbia Temporis

دوش
دی } Heri

یامداد
سحرگه } mane

شامگاه Vespera

پیش antea

بعد از آن
پس } Postea

فردا cras

هنوز
اکنون } Nunc

همیشه
هرگز } Semper

هرگزنه Nunquam

انگاه Tunc

باری Semel

باردیگر Iterum

III. Adverbia qualitatis et Quantitatis.

نيز	Pariter	اندك	Parum
همين	Solum	تنها	Tantum
بسيار	Multum	چند	
بهم، هم	Simul	چندان	

IV. adverbia interrogativa.

چه / ازبهر / چرا — cur, quare? چند / چندان — quantum?

چون / چگونه — quomodo?

V Adverbia affirmativa et Negativa.

بل / آري — ita. (oui) نه . non (non)

Sectio VI.

De Conjunctionibus.

Vocum, quæ sententiis connectendis inserviunt, præcipuas apponimus.

I. Conjunctiones connexivæ

و Et. — پس Praeterea, porro, igitur.

هم } etiam
نيز }

II. Conjunctiones disjunctivæ

يا sive, aut. — بل } Sed.
جز Praeter. — بلكه }

III. Conjunctiones concessivæ

هرچندكه }
هرچند } Licet, quamvis.
اگرچه }
گرچه }

IV. conjunctiones causales.

بنابرين Propterea.

زيرا }
كه } Quia
مگر }
ازبهرچه }

V conjunctiones conditionales

مگر nisi.

اگر
گر } si

VI. Conjunctiones effectivæ.

که, ut.

تا ut, donec

مبادا ne.

VII Conjunctiones comparativæ.

همچو
همچون
چنین
همچنین
چنانچه
چنانکه
} Sicut.

Sectio VII.

De Præpositionibus.

Præpositiones Persarum nullam nominis, cui præponuntur, flagitant mutationem. Sunt hæ autem maxime:

از	a, ex	در	in
پس	Post	براي	Pro.
زير / ابر	Supra	پهلوي / نزد	ad. prope.
پيش	ante	از بهر	Propter
		ميان	inter.
با / به	in, ad, cum	بسوي	Versus
ب (Praefixum)		زير	Sub.
بي / بيرون	Sine.		

Sectio VIII.

De Interjectionibus et Exclamationibus.

Interjectiones seu exclamationes quibus Persae utuntur sunt hae:

ايا / ايها	o!	دريغا / دريغ / فغان / افسوس	Vae.
آه	ah!		
اينك	ecce		

Dchaleddin Rumi

ای دریغا وای دریغا وای دریغ
کانچنان ماهی نهان شد زیر میغ

Voe! voe! voe! quod talis luna occultata sit nube

occurrit in tetrasticho quodam Soltani افسوس
Togruli ben Arslan, ultimi principis ex stirpe
Seldschukidarum.

دیروز چنان وصل جان فروزی
وامروز چنین فراق عالم سوزی
افسوس که بر دفتر عمرم ایام
آنرا روزی نویسد اینرا روزی

Heri amici prosecutio ita me exhilaravit, hodie
non minus me contristat absentia: voe! quod in
libro vitae meae fortuna scripserit tam diversos
dies.

Appendix ad Secundam Partem.

De Numeralibus.

Persae ex numeralibus praeter ea, quae dicunt, cardinalia sola ordinalia peculiari forma insigniunt. Numeralibus Cardinalibus Persarum proprium est quod illa nomen numeratum semper in numero singulari sequatur.

Numeralia, quamquam eorum enumeratio ad Lexicon potius quam ad Grammaticam pertinet, in tironum gratiam apponimus.

Nomen	Cardinalia.	Figura
یک	unus, a, um,	۱
دو	duo	۲
سه	tres	۳
چار، چهار	quatuor	۴ . ٤
پنج	quinque	۵
شش	sex	۶
هفت	septem	۷
هشت	octo	۸
نه	novem.	۹

Nomen		Figura
ده	Decem	١٠
یازده	Undecim	١١
دوازده	Duodecim	١٢
سیزده	Tredecim	١٣
چهارده	Quatuordecim	١۴ ١۴
پانزده	Quindecim	١۵
شانزده	Sedecim	١۶
هفده	Septemdecim	١٧
هشده	Octodecim	١٨
نوزده	Novemdecim	١٩
بیست	Viginti	٢٠
بیستیک	unus et Viginti	٢١
بیست دو	duo et Viginti	٢٢
سی	Triginta	٣٠
چهل	Quadraginta	۴٠
پنجاه	Quinquaginta	۵٠
ششت , شصد	Sexaginta	۶٠
هفتاد	Septuaginta	٧٠
هشتاد	Octoginta.	٨٠
نود	Nonaginta.	٩٠
صد	Centum	١٠٠
دویست	ducenti, æ, a.	٢٠٠

(Marius (دو صد

Nomen		Figura
سیصد	Trecenti, ae, a,	٣٠٠
چهارصد	Quadringenti, ae, a	٤٠٠
پانصد	Quingenti, ae, a,	٥٠٠
شانصد	Sexcenti, ae, a,	٦٠٠
هفت صد	Septingenti, ae, a	٧٠٠
هشت صد	Octingenti, ae, a	٨٠٠
نه صد	Nongenti, ae, a.	٩٠٠
هزار	mille	١٠٠٠
ده هزار	Decies mille	١٠٠٠٠
صد هزار seu لک هزار	Centies mille	١٠٠٠٠٠

Ordinalia.

Formantur a Cardinalibus, suffixito م, uno tantum excepto, scilicet نُخُست Primus; hac quidem ratione.

نخست نخستین (rar. ایکم	Primus
دوم	Secundus
سیوم	Tertius
چهارم	Quartus.

100)

دهم	Decimus
بیستم	Vigesimus
بیست یکم	Vigesimus primus
بیست دوم	Vigesimus secundus
سیم	Trigesimus
	Et sic porro

Pars Tertia.

de Derivatione.

de Compositione.

Syntaxis.

Etymologia.

Quum voces a vocibus formentur duplici ratione sive derivatione sive compositione, partem etymologicam in duas sectiones dividimus, quarum altera de derivatione vocum persicarum, altera de earum compositione agit. Utraque paucas complectitur regulas. Neque enim in vocibus formandis Persarum sermo a simplicitate sua abenat.

Sectio. 1
De derivatione

Persarum sermo, pariter ac graecus et Latinus, voces a vocibus derivat, eo, quod vocem primitivam in fine augeat.

Caput. 1

De derivatione nominum substantivorum

§ 1.

Substantiva a substantivis.

Abstractorum nomina formantur a concretis appendo ی a پادشاه rex. fit پادشاهی regia dignitas. a دوست amicus, دوستی amicitia. a دانشمند eruditus دانشمندی eruditio.

Ubi concreti nomen in ه praevia vocali brevi desinit,

ante ی interponitur گ, ه plerumque eliso. a
بنده servus fit. بندگی servitus. servitudo.

Hac ratione a vocibus arabicis nomina
abstracta formantur. a مشغول occupatus, derivatur
nomen مشغولی occupatio.

in Mirchondum invenitur مشغولی نمودن

Nomina loci formantur a primitivis, appensis
terminationibus سار, زار, دان, ستان:

نگارستان locus ubi pictae imagines asservantur (x)
بهارستان locus veris
گلستان Locus Rosarum
شکرستان } locus sacchari
شکردان } id.
سنبلستان hortus hyacinthorum
گلزار Rosarum campus
لالهزار Liliorum campus
کوهسار Regio montana.

Dubium non est, quin hoc nomina ad
nomina composita referenda sint; at vero, quum
simpliciter hoc voces vox occurrant, inter
terminationes cum ceteris grammaticis eas
retuli.

(x) Museum. francogallorum.

ي voci primitivæ additum designat hominem qui familiaritatem contraxit cum re, quam primitiva notat, neque non nomina gentilia format. ita خونی a خون sanguis formatum significat hominem sanguinarium, occisorem.

Nizzami –

خانه من برد که خونی کجاست

Domo meâ me privavit, ubi est occisor?

اصفهانی ab اصفهان notat Isphanensem (virum Isphaonsis).

Diminutiva formantur duplici ratione. a nominibus animatis adjecto ك, cui in nominibus in ه praevia vocali brevi desinentibus praemittitur ي. a nominibus inanimatis appendo چه. nec tamen semper hoc ita stricto observatur. a کنیز puella fit کنیزك kenizek, puellula. a پسر puer پسرك puerulus. a بنده servus بندیك bendiek, servulus. Alterius formæ exempla sunt ماهچه lunula a ماه luna دکانچه Tabernula a دکان taberna.

Etiam a comparativo formatur diminutivum affixo ك. a خوبتر pulchrior fit خوبترك paulo pulchrior.

§ 2.

Substantiva ab adjectivis.

Ab adjectivis pariter ut a substantivis formantur nomina abstracta, adjecto ی cui in vocabulum in ه cum vocali brevi exeuntibus praeponitur گ. شرمسار — pudibundus شرمساری pudicitia. سیاه niger — سیاهی nigredo. سپید albus سپیدی albedo. a بیگانه novus autem fit بیگانگی novitas.

Idem fit nonnunquam appenso ا maxime in duobus his: گرما calor a گرم calidus, سرما frigus a سرد frigidus.

A nonnullis adjectivis augmento ای. a تنگ angustus fit تنگنای angustia.

§ 3.

Substantiva a verbis.

Monitu non eget, omnium verborum participia substantivorum significationem obtinere - ita بنده (ligatus) est servus; گوینده loquens) est orator, cantor.

Etiam infinitivi saepissime habent vim substantivam.

Inprimis apocopatos infinitivi forma est substantivo tribuitur, maxime ubi duo infinitivi junguntur. خرید و فروخت emtio et venditio (commercium)

آمد وشد venire et abire.

Nominationis abbreviata infinitivi forma derivantur augmento ار in fine: a گفتن apoco. گفت fit گفتار oratio. a رفتن apoco. رفت fit رفتار itio; a دیدن apo. دید fit دیدار visio.

His nominibus nonnunquam passiva tribuuntur significatio. گرفتار a گرفتن designat praedam seu id quod captum est.

Eamdem vim obtinent nomina a participio contracto addito ش formata. a نواز participio contracto verbi نوازیدن seu نواختن blandiri, fit نوازش blanditio; ab ازمای part. cont. verbi ازمودن seu ازماییدن fit ازمایش tentatio; دانش a دانستن eruditio.

Caput 11.

De derivatione nominum adjectivorum

Adjectiva *qualitatis* derivantur a substantivis adjecto ی, cujus vis convenit cum terminatione germanica lich. sic پادشاهی a پادشاه designat regium.

Ejusdem significationis sunt ea, quae additâ terminatione انه oriuntur, مردانه viro dignus, (mänlich)

Si primitiva vox in ا exit, euphoniae causa adsciscitur ی. دانایانه (a دانا) viro prudenti dignus.

Quae augmento ین, sive ubi primitivum in ه cum vocali brevi exit, کین, ه plerumque elido formantur, sunt adjectiva possessiva, ita ut materiam alicujus rei plerumque significent. Congruit igitur haec terminatio cum germanica ig. آتشین (ab آتش ignis) notat igneum (feurig). زرین (a زر aurum) aureum. غمکین (ab غمه tristitia) tristem.

Nonnunquam haec adjectiva formantur per ینه, ه in fine accedente. پیشینه (a پیش) pleni. پیشینکان anteriores. زرینه, aureus.

Adjectiva possessiva, quae dignitatem aliquam vel copiam alicujus rei indicant, formantur additis ناک، مند، سار، ور، وار (germ. bar) seu نامور nomine dignus, celeber. جانور qui animam habet. هنرمند sudicus. شرمسار virtutibus insignis. دانشمند eruditus. اندیشناک meditabundus.

Adjectiva similitudinis formantur assumtis آسا seu سا، دیس، بار، وش et، آسا. عنبر آسا instar ambri. سحر سا instar magiae. حوردیس instar solis, مسکبار moscho similis مهوش lunae similis.

Adjectiva temporalia formantur a nominibus appensa. ita روزه est quotidianus. سالی annuus, سه ساله triennalis.

Quaedam adjectiva universitatem designantia formantur duplicata eadem voce atque interposita ا ita سراسر notat quod pertingit ab uno fine usque ad alterum. لبالب a litore ad litus. رنکارنک versicolor, omnis coloris.

روضة ماء نهرها سلسال
دوحة سجع طيرها موزون
آن پراز لالهای رنکارنک
وين پراز ميوهاي كوناكون

Hortus, cujus fluvii repleti sunt aqua ~~liquida~~ limpida; nemus, cujus aves modulate canunt; alter est repletus tulipis varii coloris; alterum fructibus varii generis ac coloris.

Caput III.

De derivatione Verborum.

Pleraque verba nascuntur a substantivis, ita ut actionem eorum significent. Multa quidem horum primitivorum in desuetudinem abiere, quo fit, ut non omnium verborum derivatio proferri possit. Dubium

autem non est, quia verba کردن, پرسیدن, فرمودن orta sunt a primitivis کرد, پرس, فرم quamvis his primitivis Persarum loquela nunc quidem non utatur.

Derivantur igitur Verba a Substantivis eo quod Substantivis addantur terminationes verbales. ex تاب splendor, lumen fit تابیدن, splendere.

Hac ratione etiam a Substantivis arabicis Verba persica formantur. ex فهم intellectus, Verbum فهمیدن intelligere. ex طلب perquisitio طلبیدن quaerere.

Etiam Verba a verbis derivantur.

Si imperativo appenditur terminatio انیدن oritur infinitivus Verbi causalis, cujus significatio congruit cum forma __hiphil__ apud hebraeos. ex تابیدن splendere imp. تاب formatur تابانیدن __facere ut aliquid splendeat.__ رسیدن advenire. imp. رس formatur رسانیدن __facere ut aliquis adveniat__ a گردیدن fieri imp. گرد f. گردانیدن facere ut aliquid fiat. فرمودن jubere. imp. فرمای f. فرمایانیدن facere ut aliquis jubeat.

Hafez.

یا رب آن اهوی مشکین بختن باز رسان
وآن سهی سرو خرامان بچمن باز رسان

O Deus, fac ut redeat, (Impe. v. رسانیدن)
in Chotenum ille hinnulus; fac ut redeat in
hortum illa cypressus tenuis, nutans.

Ex nonnullis Verbis transitivis in دن sine Kesrio
S exeuntibus formantur Verba intransitiva seu
passiva, دن ad یدن aucto. ita a کردن facere,
fit کردیدن fieri. a بندن ligare, بندیدن
ligari.

× × × × ×

Quum omnia adjectiva etiam adverbialem usum
non respuant, et adverbia neque a nominibus
Substantivis, neque ab adjectivis peculiari ratione
formentur, apparet, omnia quae de adjectivis dicta sunt,
etiam ad adverbia pertinere.

Sectio. 11.

De Compositione.

Persae in vocibus componendis tantam habent
licentiam, quantam neque Graeci neque Germani,
propter vocum compositarum divitias maxime celebrati.

eo fit, ut vocum compositarum multitudo omnem numerum exsuperat.

Caput. I.

De compositione Substantivorum.

Nomina substantiva, quibus factor vel custos rei alicujus notatur, componuntur ex nomine substantivo quo res quam tractat, notatur, et nominibus گار, گر seu زرگر et: بان et دار , گر aurifaber, قلمکار scriba. تاجدار coronam tenens (rex). — باغبان horti custos, hortulanus.

Nomina, quae locum alicujus rei significant, formantur, junctis cum aliis vocibus جا et گاه seu جای, quod utrumque locum notat. ita لشکرگاه locus exercitus; castra. خواب جا somni locus; lectus.

Etiam ex nominibus substantivis et Participio Praesentis apocopato componuntur nomina substantiva. پیغمبر legatus, compositum est ex پیغام seu پیغم nuncium et برا بر pro ferens.

Caput II.

De compositione nominum adjectivorum.

Magnus adjectivorum numerus componitur ex nomine substantivo et Participio apocopato praesentis.

multa alia componuntur junctis vel adjectivis, vel particulis, vel etiam nominibus substantivis, cum nominibus substantivis. Apponimus eorum, quae Jones collegit, praecipua, iisque quantum fieri potest ejusdem significationis composita graeca adjungimus, ut comparatio institui possit.

§. 1.

1. adjectiva composita ex substantivis et participio praesentis apocopato.

گل افشان Flores spargens.

درّ افشان uniones spargens

گوهر افشان Gemmas spargens

تیغ افشان Sagittas spargens

دل آزار
جان ازار } θυμοδακης animum affligens

تاب افکن πυροφορος, flammas dispergens

بیخ افکن radices evellens.

سنگ افکن λιθοβολος lapides jaciens

کوه افکن montes evellens

مرد افکن homines dispergens

عنبر آگین Ambrâ plenus.

سرور آگین	Laetitia plenus
مراد آور	votis satisfaciens
دل آور	animum subripiens
جهان آرا	mundum exornans.
عالم آرا	
مجلس آرا	convivium exornans
دل آرا	animum exhilarans.
دل ارام	Mentem quietam reddens
نبرد ازما	belli expertus
روح آسا	animum tranquillans.
جان آسا	
خون آلود	Sanguine perfusus
غبار آلود	pulvere foedus
خطا آلود	Peccatis inquinatus
روح افزا	animum recreans
بهجت افزا	laetitiam augens
شهر اشوب	urbem perturbans (epithetum pulchritudinis)
روز افزون	In dies crescens.
سر افراز	capite elato incedens.
گردن افراز	collum extendens.

عالم افروز (گیتی، جهان)	mundum illuminans.
بوستن افروز	hortum inflammans. (*)
دانش اموز	Qui litteras didicit.
کار اموز	In rebus gerendis expertus
مژده امیز	laetos nuncios miscens.
راحت امیز	Quietem miscens
ستم امیز	Minas miscens.
معرکه افروز	pugnam incendens
شهد امیز	Mellitus
رنگ امیز	colores miscens, fallax.
پرتو انداز	Radios emittens
دهشت انداز	timorem disseminans
اتش انداز	ignem jaculans
تیر انداز	Sagittas jaciens.
ظلمت انداز	Tenebras offundens (epitheton noctis)
عبرت اندوز	admirationem diffundens
التفات انگیز	ad obsequium commovens
خلوص انگیز	Sinceritatem excitans
فتنه انگیز	Turbas excitans.
خجلت انگیز	Pudorem excitans

(*) anemona apud poetas epitheton

خفقات انگیز	Palpitationem cordis excitans,
ارشاد انگیز	Securitatem pariens
مردم اوبار	homines devorans.
جان افرین	qui mentem creavit.
دل بر	Qui cor aufert
سایه پرور	in umbrâ educatus
علماء پرور	Viros doctos alens.
تن پرور	corpus alens.
عشق باز	cum amore ludens.
پوزش پذیر	excusationem admittens.
ترانه پرداز	modos componens. (musicus.)
سخن پرداز	Verba componens (orator, eloquens).
نقل بند	Narrationes jungens (historicus)
عدو بند	Inimicos vinciens.
فتنه بیز	Turbas miscens
عطر بیز	odorem spargens
نادره پیرا	res memorabiles colligens
اسمان پیوند	usque ad coelum pertingens
دولت خواه	Regni cupidus.
گل چین	florilegus.

شگوفه چین	Florilegus
سحرخیز	Mane surgens
سخن ران	Orationem producens
کام ران	Voto potitus.
خون ریز	Sanguinem fundens
ظلمت زدا	Tenebras dispellens
رهزن	Viam infestans
دلسوز	Cor urens
جان شکار	Mentes venans
صف سکن	acies perrumpens (bellatoris epithet).
خود فروش	se ipsum venum exponens (de homine arrogante)
انجم شمار	Stellas numero sequens.

§ 2.

II. adjectiva composita ex nominibus adjectivis et substantivis.

خوب روی	Pulchra facie praeditus
تشته دل	qui est sitibundi cordis, cupidus
پاکیزه خوی	homo morum integrorum
خوشخوی	Praeclara indole praeditus
پاکدامن	Pectus integrum habens
خوب اواز	Praeclara voce praeditus

خوب رایحه Praeclari odoris

خوش الحان Sonos suaves emittens, luscinio epitheton, quod in hoc versu occurrit.

رونق عهد شبابست دکر بستانرا
میرسد مژدهٔ کل بلبل خوش الحانرا

Splendor juventutis redit ad hortos, laeti nuncii a rosa perveniant ad lusciniam suaviter emittentem

خوش رفتار Suaviter incedens

شیرینکار homo morum suavium

سیاه چشم Nigris oculis praeditus.

§ 3.

111 adjectiva ex duobus nominibus substantivis composita.

پری روی Faciem angeli habens

پری پیکر formam et habitum angeli habens

پری رخسار genas ad instar angeli habens

جمشید کلاه Dchemchidi diademate ornatus

سیمین ساق Pedes argenteos habens

شکر لب labia saccharina habens

طوطی کفتار instar Psittaci garriens.

کلرخ Genas roseas habens.

شیر دل ανδροθεων animo leonis praeditus.

Horum trium generum exempla deprehenduntur in hoc versu:

ماه روي مشكبوي دلكشي
جان فزاي دلفريبي مهوشي

(Puella) facie lunae, odore moscheo suavis, animos expugnans, mentem exhilarans, cor decipiens, lunae similis.

§ 4

IV. Adjectiva ex particulis et nominibus substantivis composita.

Huyus generis adjectivis formandis maxime inserviunt particula هم etiam, quae idem notat quod in compositione apud graecos ομο et συν, apud latinos con; et particulae negativae نا, non, كم parum, بي sine.

همآشيان Particeps ejusdem nidi.

همبستر ομευνος, συλλεκτρος, in eodem thoro recumbans.

همخوابه ομευνετης socius in dormiendo

همدم Conspirans.

نا اميد ανελπις, spei expers.

نا شناس Ignorans
كمبها Exigui pretii
كمعقل Exigui intellectus.
بي باك Intimidus
بي كناه Innocens.

بعد ازين نامترا در هركجا خواهم نوشت
بي حقيقت بي مروت بي وفا خواهم نوشت

Ubicumque nomen tuum posthac scripturus sum,
scripturus sum (te) falsum, mollem, perfidum.

Caput III.

De Compositione Verborum.

Verba componuntur cum particulis, ita, ut cum illis in unam vocem coalescunt. Verborum cum nominibus et adjectivis conjunctio non ad Grammaticam, sed ad phraseologiam pertinet.

Particulae, quibuscum azemis frequenter verba conjunguntur, sunt, در , بر , باز , فرود , وايس e. g. دريافتن intelligere در آمدن intrare. درآوردن auferre. برآمدن adscendere. باز داشتن , وايس داشتن retinere. فرود آمدن descendere.

Syntaxis.

Pleraque quae ad Syntaxin Persicam pertinent, passim jam monita sunt, neque multas illa habet difficultates.

§ 1.

Constructio Substantivorum, adjectivorum et Pronominum.

In regimine nomen rectum semper nomen regens sequitur. Exemplo sit elegans distichum quod effudit Mohammed II, quum post C. P. expugnatam palatium imperatoris intraret.

پرده داری میکند در قصر قیصر عنکبوت
بومی نوبت میزند بر گنبد افراسیاب

Aranea cubicularii munus agit in palatio Caesaris; ulula excubias agit in tholo Afrasiabi.

In pedestri oratione adjectivum substantivo semper postponitur; poetae nonnunquam ab hac lege recedunt. Ferdusi,

نکه کرد برزو بر آن ده سوار
چو آشفته شیر از بهر شکار

Aspexit Barzu decem illos equites instar furibundi leonis praedam petentis.

De ceteris quae in jungendis adjectivis cum substanti=vis observanda sunt, vide etc Initium hujus operis.

Si nomen rectum regenti, vel adjectivum substantivo praeponitur, oritur nomen compositum. گلبوی rosae odore praeditus شیرین دهن dulci ore praedita (puella).

De constructione comparativi. Vide page 23.

Pronomina demonstrativa آن et این nominibus semper praeponuntur, reciproca خود, خودش, خوی etc. postponuntur.

Si Pron. relat. که, چه, interrogando inserviunt, et کدام cum verbo suo in fine interrogationis ponuntur.

De constructione numeralium vide Appendicem; eorum rationem sequitur vox بسیار, et بسیار مرد saepe.

Idem nomen bis positum indicat indefinitum rei nominatae numerum. ita کاه کاه, apud Douletchani in vita hafizi notat, nonnunquam aliquoties.

ad elegantiam vim saepe duo substantiva ejusdem vis et originis sed diversae formae junguntur, imprimis nomina primitiva verborum (in forma cum imperativo congru=entia) et apocopata Infinitivi forma. ita (گوی) — گفت وگو omnem cujusque generis orationem, جست وجو omnem cujusque generis perquisitionem designant.

§ 2.

Constructio Verborum.

Verbum nominativum suum, quocum in numero et persona ut conveniat, necesse est, fere semper consequitur, ut in sententia philosophi Persici.

از بهرچه آمدهٔ اگر آمدهٔ که علم اولیان
واخرین بیاموزی این راه روا نیست این همه
خالق داند واگر آمدهٔ که اورا جویی آنجا که
اول قیان بر گرفتی او خود آنجا بود

Quare venisti? quod si venisti scientiam aevi superioris et posterioris discendi ergo, hoc non est necessarium; solus enim, creator illa novit. Quod si venisti illius quaerendi ergo (sciat) etiam ibi illum esse, ubi primum pedem fixisti.

Poetae hanc etiam legem haud raro transgrediuntur. Ferdusi.

همیرفت رستم چو پیل دژم

Veniebat Rustem tanquam torvus elephas.

In libro Pendi Attar.

عمر مردم را بکاهد پنج چیز

Vitam hominis diminuunt quinque res.

Ubi plures nominativi concurrunt, verbum primo plerumque postponitur, ita et in reliquis subintelligendum sit.

مضرت تعجیل بسیارست ومنفعت صبر
وسکون بیشمار

Detrimenta festinationis multa sunt, commoda patientiae et tranquillitatis innumerabilia.

Nomina Arabica collectiva vulgo plurales fractos verbum persicum sequitur in numero singulari

از آمدن بهار از رفتن دی
اوراق حیات ما میگردد طی

Appropinquante vere, abeunte hieme, folia vitae nostrae marcescunt.

Post numeralia, uti nomen numeratum, ita et verbum, quod ad illud pertinet, in numero singulari ponitur. Hafiz.

نسیم زلفت اگر بگذرد بتربت حافظ
زخاک کالبدش صد هزار لاله برآید

Fragor cincinnorum tuorum ubi transiet tumulum Hafizi, ex pulvere, qui corpus ejus tegit, centum millia liliorum efflorescent.

Verba transitiva flagitant, ut nomen finitum, quod

regunt, augeatur in fine particula را. Nomen rectum Verbo vel praepositum vel postpositum prout loquenti sive scribenti convenit.

Notandum est, si adjectivum vel participium ita cum nomine jungitur, ut non ad nomen sed ad verbi actionem pertineat, solum nomen particula را augeri: آن مردرا رفته دیدم vidi hunc hominem abreuisse.

Nomina infinite posita hac particula carent.

Ex verbis transitivis et nominibus praesertim arabicis infinite positis magnum oritur phrasium numerus, quibus componendis maxime inserviunt verba کردن facere, آوردن ferre, بردن, داشتن habere, خوردن tenere, ساختن perficere, فرمودن jubere, نمودن edere, دیدن ostendere, videre, گرفتن capere, یافتن invenire, دادن dare. In deliciis enim sermonis habent certae phrases ex infinitivis vel nominibus arabicis et verbis persicis compositas: Exempla sunt انتظار کردن exspectare, طلوع کردن oriri. Hafiz.

صبحست ساقیا قدحی پر شراب کن
دور فلک درنگ ندارد شتاب کن
خورشید می زمشرق ساغر طلوع کرد
کر برک عیش میطلبی ترک خواب کن

Tempus matutinum est: pocillator, imple poculum mero; orbis cœli non moratur itaque non festina: sol vini ortus ex oriente poculi; si vitæ delicias cupis, relinque somnum.

یاد آوردن meminisse, معذور داشتن excusatum habere, سوکند خوردن jurare. حسد بردن invidere. فکر فرمودن meditari. قرار گرفتن confirmari. سر دادن limitare, includere.

Verbitas cum nominibus juncta haud raro ab illis separantur.

Hafiz.

صبا بلطف بگو آن غزال رعنارا
که سر بکوه و بیابان تو داده مارا

O Zephire, dic hinnulo isti suavi, te nos inclusisse montibus et desertis.

Quædam verba significationis reciprocæ postulant particulam از ut ترسیدن in Ferdusii Satyra

ایا شاه محمود کشور کشای
ز من گر نترسی بترس از خدای
خیبر یدی چرا خاطر تیز من
نترسید از تیغ خون ریز من

o Rex Mahmoud regnorum expugnator, si me non times,

Metue Deum; quare inflammasti animum meum acrem,
Quare non metuisti gladium meum sanguinis
fusorem?

Verba intransitiva duplicem habent Nominativum.

Verba impersonalia nomen rectum accusat. Part.
culae را et infinitivum plerumque apocopatum
desiderant.

Magnopere Persae diligunt Participii Praeteriti usum
quo fit ut saepè periodi in haud exiguam longitudinem
excrescant.

Particulas گر, تا, که, etiam pronomen
relativum که, in oratione obliqua sequitur rubi
modus ~~substantivus~~ subjunctivus.

گر بدانستمي كه فرقت تو
اينچنين صعب باشد ودلسوز
از تو دوري نجستمي يكدم
وز تو غايب نبودمي يكروز

Si novissem, a te separari ita moedarum
atque animum affligens, ne unum temporis
momentum abs te discessissem; nec unum
diem a te abfuissem.

In Chrestomathia ~~ex~~ originibus Pers. Pers. f
Dauletchano:

قیل رودکی شاعری که صاحب دیوان باشد نشنودیم

Ante Rudekium de poeta, qui auctor Diwani fuerit, nihil accepimus.

§. 3.

Constructio Particularum.

Praepositiones omnes nullam nominis, cui praeponuntur, postulant mutationem

شنوده ام که دو کبوتر با یکدیگر در اشیانهٔ همباز و در کاشانهٔ همراز نه از غبار اغیار بر خاطر ایشان گردی.

Audivi duas columbas ejusdem nidi factas incolas, atque omnium secretorum alteram alterius conscias; pulvis invidiae numquam animos earum laeserat.

Post Verba dicendi Particula که plerumque ponitur, ita ut abundet, prorsus ut graecorum ὅτι. Exempla in quâvis fere paginâ reperiuntur.

نستالیق

وحشتم از دل بدر رد نمایان گردید

آنقدر جمع نبودم که پریشان گردید

جاده راه محبت که دم شمشیر است

نفس سوختهٔ بود که پنهان گردید

شور دل کم نشد از وعدهٔ فراموشی خند

همچو شمع غم یک دیدهٔ گریان گردید

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

آمیز

موصوف [illegible] قلم صنع که کار کسی کرا [illegible] هر دو تیغ

لولو وصف [illegible] می نمود با به طریق

اطلاق کلام نهی [illegible] اطراف مصونش

الکن علم [illegible] می [illegible] طول

[illegible] سرمد [illegible]

بر در طول [illegible] می نمود

شفیقا

[illegible]

سنسکرت

गामोविजरतागानिथ

कोवसिरःस्तुरजोथ

३ गांनः सोकिस्तुनजातलन

२ बिः स्तुयेननुगताहृ

व्यनडेसिकताःनइक

मनाकोटिवनसमरः

(2) reportez cette dernière lettre de la 4e ligne à la place des deux dernières de la 3eme ainsi que des points, et vice versa

( )

نسخ

هو الكافي

الحمد لله على ما خلق الإنسان وأنطق

لكل لسان بكلماته مؤتلفة لعبيرها

أما في الصدور من الحاجات

في مجاري الأمور والعادات

ان أفتح الناس حجوا ا

سيس العيون

رقاع

ریحان



تعاليق

[illegible]

Alphabet Turk

ا ب پ ت ث ج چ ح خ د ذ


ر ز ژ س ش ص ض ط ظ ع

غ ف ق ك گ ل م ن ه و لا ى

Litho. par T. X. Bianchi.

Impr. de C. Motte, R: des marais.

αλφαβητα Nesky quo similiter, Persae Turcique et Arabes utuntur peculiare.



